This page was intentionally left blank

*

Pagina lasciata intenzionalmente vuota

Landau Finaly 22

UICUNQUE V

ult saluus esse. ante omnia opus est ut
teneat catholicam fidem. Quam nisi qs
qz integram inuiolatamqz seruauerit. abs

que dubio in eternum peribit. Fides au-
tem catholica hec est. ut unum deum in tri-
nitate et trinitatem in unitate veneremus.
Neque confundentes personas. neque sub-
stantiam seperantes. Alia est enim per-
sona patris alia filii. alia spiritus sancti.
Sed patris et filii et spiritus sancti una
est divinitas. equalis gloria coeterna
magestas. Qualis pater talis filius
talis spiritus sanctus. Increatus pa-
ter. increatus filius. increatus spiritus
sanctus. Immensus pater immensus
filius. immensus spiritus sanctus. Eternus
pater. eternus filius. eternus spiritus sanctus.
Et tamen non tres eterni. sed unus eter-
nus. Sicut non tres increati nec tres
immensi. sed unus increatus et unus imen-
sus. Similiter omnipotens pater. om-
nipotens filius. omnipotens spiritus
sanctus. Et tamen non tres omni-
potentes. sed unus omnipotens. Ita deus

pater. deus filius. deus spiritus sanctus.
Et tamen non tres dij. ꝫ unus est deus.
Ita dominus pater. dominus filius. do
minus sp̄s sanctus. Et non non
tres domini. ꝫ unus est dominus. Quia
sicut sigillatim unam quamqꝫ psonam
deum aut dominum confiteri xp̄iana ue
ritate cōpellimur. Ita tres deos aut do
minos. dicere catholica religione prohibe
mur. Pater a nullo ē factus. nec crea
tus nec genitus. Filius a patre solo ē.
non factus nec creatus ꝫ genitus. Sp̄s
sanctus a patre ꝯ filio. non factus. nec crea
tus. nec genitus. ꝫ procedens. Unus
ergo pater non tres patres. unus filius
non tres filij. unus spiritus sanctus nō
tres sp̄s sancti. Et in hac trinitate ni
chil prius aut posterius. nichil maius
aut minus. Sed tote tres persone co
eterne sibi sunt et coequales. Ita ut p
omnia sicut iam supradictum est. et tri

nitas in unitate. et unitas in trinitate i
ueneranda sit. Qui uult ergo saluus
esse. ita de trinitate sentiat. Sed ne
cessarium est ad eternam salutem. ut i
carnatione domini nri ihesu xpi unusqsq;
q; fideliter credat. Est ergo fides re
ta ut credamus et confiteamur. qa dns
nr yhesus xps. dei filius deus et homo ē.
Deus est ex substantia patris ante se
cula genitus. et homo ē ex substantia i
matris in seculo natus. Perfectus de
pfectus homo. ex anima rationali. et hu
mana carne subsistens. Equalis pa
tri secundum diuinitatem. minor patre
secundum humanitatem. Qui licet
deus sit et homo. non duo tamen s; unus
est xps. Unus autē non conuersione
diuinitatis in carne. s; assumptione hu
manitatis in deum. Unus omnino
non confusione substantie. s; unitate
persone. Nam sicut anima rationa

lis et caro unus est homo. ita deus. et ho
mo unus est xp̄s. Qui passus est pro
salute nr̄a. descendit ad inferos. tercia die
resurrexit a mortuis. Ascendit ad celos
sedet ad dexteram dei patris omnipoten
tis. inde venturus iudicare vivos et mor
tuos. Ad cuius adventum omnes ho
mines resurgere habent cum corporibus
suis. et reddituri sunt de factis p̄priis ra
tionem. Et qui bona egerunt ibunt
in vitam eternam. qui vero mala ī ignē
etērnum. Hec est fides catholica quam
nisi quisq; firmiterq; crediderit. salvus
esse non poterit.

Explicit liber psalterij. Deo gratias.

Incipiunt pseptem psalmi peniten
ciales. antha. Ne reminiscaris. ps. pin.
Domine ne in furore tuo argu
as me. neq; in ira tua corripia
me. Quoniam infirmus sū.

Secundus psalmus.

Beati quorum remisse sunt in
iquitates. et quorum tecta sūt
peccata.

Tercius psalmus.

Domine ne in furore tuo argu
as me. neq; in ira tua corripia
me. Quoniam sagitte tue.

Qartus psalmus.

Miserere mei deus secundum ma
gnam misericordiam tuam.
Et secundum multitudinem.

Quintus psalmus.

Domine exaudi orationem me
am. et clamor meus ad te ueni
at. Non auertas faciē tuam.

Sextus psalmus.

De profundis clamaui ad te dn̄e. domine exaudi uocem meam. Fiant aures tue intendẽtes.

Septimus. psalmus.

Domine exaudi orationem meam auribus percipe obsecrationem meam. in ueritate tua exaudi in tua iusticia. Antiphā.

Ne reminiscaris domine nostr. nostra uel parentum nostrorum. neqȝ uindictam sumas de peccatis nostris.

Incipiunt letanie sanctorum.

KYRIE LEYSON.

Xpe leyson. Kyrie leyson. Xpe audi nos. Xpe exaudi nos. Pater de celis deus miserere nobis.

Fili redemptor mundi deus. miserere nob.
Spiritus sancte deus miserere nobis.
Sancta trinitas unus deus miserere nobis.
Sancta Maria ora pro nobis.
Sancta Dei genitrix ora pro nobis.
Sancta virgo virginum. ora pro nobis.
Sancte Michael. or.
Sancte Gabriel. or.
Sancte Raphael. or.
Omnes sancti angeli et archangeli orate pro nobis.
Omnes sancti beatorum spirituum ordines. orate pro nobis.
Sancte Johannes baptista. or.
Omnes sancti patriarche et prophete. orate pro nobis.
Sancte Petre. or.
Sancte Paule. or.
Sancte Andrea. or.
Sancte Jacobe. or.
Sancte Johannes. euangelista. or.
Sancte Jacobe. or.

S ce Philippe. ora.
S ce Bartholomee. ora.
S ce Mathee. ora.
S ce Symon. ora.
S ce Thadee. ora.
S ce Mathia. ora.
S ce Barnaba. ora.
S ce Lucha. ora.
S ce Marche. ora.
Omnes sancti apostoli et euangeliste orate pro nobis.
Omnes sancti discipuli dni orate pro nob.
Omnes sci Innocentes. orate pro nobis.
S ce Stephane. ora.
S ce Laurenci. ora.
S ce Vincenci. ora.
S ce Fabiane. ora.
S ce Sebastiane. ora.
S ce Cristofore. ora.
S ci Johannes et paule. orate.
S ci Cosma et Damiane. orate.

Sci Geruasij et Protasij. orate.
Omnes sancti martires. orate.
Sce Siluester. ora.
Sce Gregorij. ora.
Sce Martine. ora.
Sce Augustine. ora.
Sce Ambrosi. ora.
Sce Jeronime. ora.
Sce Nicholae. ora.
Omnes sci pontifices et confessores. orate.
Omnes sancti doctores. orate.
Sce Benedicte. ora.
Sce Francisce. ora.
Sce Antoni. ora.
Sce Dominice. ora.
Omnes sancti monachi et heremite. orate.
Omnes sci sacerdotes et leuite. orate.
Sca Anna. ora.
Sca Maria magdalena. ora.
Sca Agnes. ora.
Sca Lucia. ora.

Scā Cecilia. or.
Scā Agatha. or.
Scā Katherina. or.
Scā Margarita. or.
Scā Clara. or.
Scā Helisabeth. or.
Omnes scē uirgines et uidue. orat.
Omnes sancti et scē dei intercedite pro nob.
Propitius esto parce nob dne.
Propitius esto exaudi nos domine. Ab omni malo libera nos domine.
Ab omni peccato. l.
Ab ira tua. l.
A subitanea et improuisa morte. l.
Ab insidijs diaboli. l.
Ab ira et odio et omī mala uoluntate. l.
A spiritu fornicationis. l.
A fulgore et tempestate. l.
A morte perpetua. l.
Per misterium scē incarnatiōis tue. l.

Per adventum tuum. l'.
Per nativitatē tuam. l'.
Per baptismū & scm̄ ieiuniū tuum. l'.
Per crucē & passionem tuam. l'.
Per mortē et sepulturā tuam. l'.
Per sanctam resurrectionē tuam. l'.
Per admirabilē ascēsionem tuam. l'.
Per adventum spiritus sci paracliti. l'.
In die iudicii. l'.
Peccatores te rogamus audi nos.
Ut nobis parcas. t'.
Ut nobis indulgeas. t'.
Ut ad verā penitentiā nos pducē digneris. t'.
Ut ecclesiam tuam sanctam regere et
conservare digneris. t'.
Ut domnum apostolicum et omnes
ecclesiasticos ordines in sancta religione cō
servare et deffendere digneris. t'.
Ut inimicos scē ecclesie humiliare di
gneris. t'.
Ut regibus et principibus xpianis pa

cem et ueram concordiam donare digne
ris. .r̃.
Ut cuncto populo xpiano pacem et uni
tatem donare digneris. .r̃.
Ut nos metipsos in tuo sancto seruitio
confortare et conseruare digneris. .r̃.
Ut mentes nostras ad celestia desideria
erigas. .r̃.
Ut omnibus benefactoribus nr̃is sem
piterna bona retribuas. .r̃.
Ut aïas nr̃as fratrum ꝓpinquorum et
benefactorum nr̃oꝝ ab eterna dampna
tione eripias. .r̃.
Ut fructus terre dare ⁊ conseruare di
gneris. .r̃.
Ut omnibus fidelibꝫ defunctis requiem
eternam donare digneris. .r̃.
Ut nos exaudi digneris. .r̃.
Agnus dei qui tollis peccata mundi
parce nobis domine.
Agnus dei qui tollis peccata mundi.

exaudi nos domine.
Agnus dei qui tollis peccata mundi
miserere nobis.
Xpe audi nos. Xpe exaudi nos.
Kyrieleyson. Xpe leyson. Kyrie
leyson. ℣. Pater nr̄. ℣. Et ne nos. ℟.
Sed libera nos a malo. amē. Aue
maria gratia plena. ⁊c̄. ℟. Dominus
tecum. ⁊c̄.

Deus in adiutorium meum in
tende. domine ad adiuuandū
me festina. Confundantur
et reuereantur: qui querūt animā meā.
Auertantur retrorsum et erubescāt q
uolunt michi mala. Auertantur sta
tim. et erubescentes. qui dicunt michi
euge euge. Exultent et letentur in
te omnes qui querunt te. ⁊ dicāt semp
magnificetur dominus. qui diligunt sa
lutare tuum. Ego uero egenus ⁊ pau
per sum. deus adiuua me. Adiutor ⁊

meus ⁊ liberator meus esto. domine ne mo
reris. Gloria patri et filio ⁊ spiritui
sc̄o. Sicut erat. ⁊ c̄. ℣. Saluos fac s
uos tuos et ancillas tuas. ℟. Deus me
us sperantes in te. ℣. Esto nobis do
mine turris fortitudinis. ℟. A facie i
nimici. ℣. Nichil proficiat inimicus
in eo. ℟. Et filius iniquitatis nō appo
net nocere nobis. ℣. Domine non secu
dum peccata nr̄a facias nobis. ℟. Neq;
secundum iniquitates nr̄as retribuas no
bis. ℣. Oremus pro benefactoribus
Dominus conseruet eum et uiuificet eu;
et beatum faciat eum in terra. et non tradat
eum in animā inimicorum eius. ℣. Ore
mus p benefactoribus nr̄is. ℟. Retri
buere dignare domine omnibus nobis
bona facientibus propter nomen sanctu;
uitam eternam. Amen. ℣. Oremus pro
omnibus fidelibus defunctis. ℟. Requiē
eternam dona eis domine et lux perpetua

lucead

luceat eis. ℣. Requiescant in pace. ℟.
Amen. ℣. Pro patribus nostris ab
sentibus. ℟. Saluos fac seruos tuos et
ancillas tuas deus meus sperantes in te.
℣. Mitte eis domine auxilium de sco.
℟. Et de syon tuere eos. ℣. Domi
ne exaudi orationem meam. ℟. Et
clamor meus ad te ueniat. Or oro.
Deus cui proprium est misere
ri semper et parcere suscipe depca
tionem nram. nos et omnes fa
mulos tuos quos delictor catena constri
git. tue miseratio pietatis absoluat. oro.
Exaudi quesumus domine sup
plicum preces. et confitentium
tibi parce peccatis. ut pariter no
bis indulgentiam tribuas benignus et
pacem. oratio.
Ineffabilem nobis domine mi
sericordiam tuam clementer o
stende. ut simul nos 7 a peccatis

omnibus ecias ꝛ a penis et a tribulationib
quas p͂ his meremur eripias. Oratio.

Deus qui culpa offenderis pe
nitentia placaris preces popu
li tui supplicantis, ꝓpitius respi
ce. et flagella tue iracundie que pro pec
catis nostris meremur auerte. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus,
miserere famulo nro
dn̄o Galeaz Comiti uirtutum
et dirige eum secundum tuam clementiã
in uiam salutis eterne. ut te donante tibi
placita cupiat. ꝛ tota uirtute ꝑficiat. Or̄o.

Deus a quo sancta desideria recta
consilia et iusta sunt opera. da
seruis tuis illã quam mundus
dare non potest pacem. ut corda nr̃a mã
datis tuis dedita et hostium sublata for
midine tempora. sint tua protectione trã
quilla.

Oratio

U Re igne sci spiritus renes no
stros et cor nostrum domine
ut tibi casto corpore serviamus.
et mundo corde placeamus. Oratio.

F Idelium deus omnium condi
tor et redemptor. animabus
famulorum famularumque tu
arum remissionem cunctorum tribue
peccatorum. ut indulgentiã quam semp
optaverunt piis supplicationibus ↄsequ
tur. Oratio.

A Ctiones nras quesumus do
mine aspirando preveni et ad
iuvando psequere. ut cuncta no
stra oratio et operatio. a te semper inci
piat. et per te cepta finiatur. Oratio.

O Mnipotens sempiterne deus
qui vivorum dominaris si
mul et mortuorum. omniumque
misereris quos tuos fide et opere futuros
esse prenoscis. te supplic[iter] exoramus ut

pro quibus effundere preces decreuimus.
quosque uel presens seculum adhuc in car
ne retinet uel futurum iam exutos corpo
re suscepit intercedentibus omnibus sci
tuis pietatis tue clementia omnium de
lictorum suorum ueniam consequantur.
Per dominum nostrum yhesum christum filium tuum. etc. ℟.
Exaudiat nos omnipotens et misericors
dominus. ℟. Amen.

Incipit offitium gloriose uirginis ma
rie secundum consuetudinem sancte ro
mane ecclie. Ad matutinum Versus.

OMINE LABIA

mea aperies. Et os meum annuntia
bit laudem tuam

EUS IN ADIU
torium meum intende. Domine
ad adiuvandum me festina. Gloria

patri 7 filio 7 spiritui sancto. Sicut erat
in principio et nunc 7 semper 7 in secula
seculorum amen. Alleluya. A septua
gessima usque ad pascha dicitur loco. Alla.
Laus tibi domine rex eterne glorie.
Ad matutinum Inuitatorium. Aue
maria gratia plena. Dominus tecum. Ps.
Venite exultemus domino.
Iubilemus deo salutari no
stro. Preoccupemus faciem
eius in confessione 7 in psalmis iubi
lemus ei. Aue maria gratia plena.
Dominus tecum. Quoniam deus
magnus dominus 7 rex magnus super
omnes deos. Quoniam non repellit do
minus plebem suam. quia in manu eius
sunt omnes fines terre 7 altitudines mon
tium. ipse conspicit. Dominus tecum.
Quoniam ipsius est mare 7 ipse fecit illud.
7 aridam fundauerunt manus eius ema
nus eius. Venite adoremus 7 procida

mus ante deum ploremus coram domi
no qui fecit nos quia ipse est dominus et
deus noster nos autem populus eius et
oves pascue eius. Ave maria gratia
plena. Dominus tecum. Hodie
si vocem eius audieritis nolite obdura
re corda vestra sicut in exacerbatione.
Secundum diem temptationis in deserto
ubi temptaverunt me patres vestri probave
runt et viderunt opera mea. Domin*us*
tecum. Quadraginta annis proximus
fui generationi huic et dixi semper hi er
rant corde. Ipsi vero non cognoverunt
vias meas quibus iuravi in ira mea si
introibunt in requiem meam. Ave
maria gratia plena. Domin*us* tecum.
Gloria patri et filio et spiritui sancto. Si
cut erat in principio et nunc et semper et
in secula seculorum Amen. Domin*us*
tecum. Ave maria gratia plena: et
Dominus tecum. Ymnus:

Quem terra pontus ethera. colunt adorant pdicant. trinā regentem machinam. claustrū marie baiulat. Cui luna sol ꝛ omnia. deseruiunt p tempora. pfusa celi gratia. gestant puelle uiscera. Beata mater munere. cui͛ supnus artifex. mundū pugillo ↄtinens. uentris sub archa clausus est. Beata celi nuntio. fecunda sc̄o spū. desideratus gentibꝫ. cuius p aluum fusus ē. Gloria tibi dn̄e. qui natus es de uirgine. cum patre sancto spū. in sempiterna secula. Amen. Die dn̄ico. die lune ꝛ die iouis dicunt͛ isti tres psalmi cū suis antiphis. Aīt. Benedicta tu. ps̄.

Domine dominus noster. q̄ admirabile ē nomen tuum in uniuersa terra. Quoniā eleuata ē magnificentia tua. sup celos. Ex ore infantiū ꝛ lactentiū pfecisti laudē pp̄ter inimicos tuos. ut destruas inimicū ꝛ ulto

rem. Quoniam uidebo celos opa digito
rum tuorum lunam et stellas que tu funda
sti. Quid est homo quod memores eius
aut filius hominis quoniam uisitas eum.
Minuisti eum paulominus ab angelis glo
ria et honore coronasti eum. et constituisti eu
sup opa manuum tuarum. Omnia subie
cisti sub pedibus eius. oues ⁊ boues uniuersas
insuper ⁊ pecora campi. Volucres celi et
pisces maris. qui perambulant semitas i
maris. Domine dominus nr̃. quam ad
mirabile est nomen tuū in uniuersa terra.
Gloria patri ⁊ filio. ⁊ spiritui sc̃o. Sicut
erat in principio ⁊ nunc ⁊ semper. ⁊ in secula
seculorum amen. ant. Benedicta tu in
mulieribus ⁊ benedictus fructus uentris tui.
antiph. Sicut mirra. psalmus dauid.
Celi enarrant gloriam dei ⁊ opa
manuum eius annuntiat firma
mentum. Dies diei eructat
uerbum. ⁊ nox nocti indicat scientiam. Non
sunt loquelle neque sermones. quorum nō au

diantur uoces eorum. In omnem terrã exi
uit sonus eorum. 7 in fines orbis terre uerba eo
rum. In sole posuit tabernaculum suum. et
ipse tamq̃ sponsus. procedens de thalamo suo.
Exultauit ut gygans ad currendam uiã.
a summo celo egressio eius. Et occursus eius
usq; ad summum eius. nec est qui se abscõdat a ca
lore eius. Lex domini immaculata cõuer
tens animas. testamentum domini fidele sa
pientiam prestans paruulis. Iustitie dñi
recte letificantes corda. preceptum domini
lucidum illuminãs oculos. Timor domi
ni sanctus permanet in seculum seculi. iudicia
domini uera iustificata in semetipsa. Desi
derabilia sup aurum et lapidem preciosum
multũ. et dulciora sup mel 7 fauum. Et
enim seruus tuus custodit ea. in custodien
dis illis retributio multa. Delicta qs
intelligit ab occultis meis munda me. 7 ab
alienis parce seruo tuo. Si mei nõ fue
rint dominati tunc immaculatus ero. et
emundabor a delicto maximo. Et erunt

ut complaceat eloquia oris mei. et medita
tio cordis mei. in conspectu tuo semper. Do
mine adiutor meus et redemptor meus.
Gloria patri et filio et spiritui sancto. Si
cut erat in principio et nunc et semper et in se
cula seculorum amen. ant. Sicut my
rra electa odorem dedisti suavitatis. ant.
Ante thorum huius virginis. psalm.
Domini est terra et plenitudo
eius. orbis terrarum et univer
si qui habitant in eo. Quia
ipse super maria fundavit eum. et super flumi
na preparavit eum. Quis ascendet in
montem domini. aut quis stabit in loco
sancto eius. Innocens manibus et mundo
corde. qui non accepit in vano animam
suam. nec iuravit in dolo proximo suo. Hic
accipiet benedictionem a domino. et miseri
cordiam a deo salutari suo. Hec est genera
tio querentium dominum. querentium faci
em dei iacob. Attollite portas principes
vestras. et elevamini porte eternales. et introi

bit rex glorie. Quis est iste rex glorie do
minus fortis et potens. dominus potens in
prelio. Attollite portas principes uestras
7 elevamini porte eternales. 7 introibit rex
glorie. Quis est iste rex glorie. dns uir
tutum. ipse est rex glorie. Gloria patri
7 filio 7 spiritui sancto. Sicut erat in principio
7 nunc 7 semper. 7 in secula seculorum. amen.
ant. Ante thorum huius uirginis fre
quentate nobis dulcia cantica dragma
tis. ℣. Diffusa est gratia in labiis tuis.
℟. Propterea benedixit te deus in eter
num. Absolutio.
Precibus 7 meritis beate ma
rie semper uirginis. 7 omnium
sanctorum. perducat nos dns
ad regna celorum. ℟. Amen. ℣. Iu
be domne benedicere. benedictio. Nos
cum prole pia. benedicat uirgo maria. ℟.
Amen. Lectio prima.
In omnibus requiem quesiui
7 in hereditate domini morabor

bo:

bor. Tunc precepit ⁊ dixit michi creator omnium ⁊ qui creavit me requievit in tabernaculo meo. ⁊ dixit michi. In iacob inhabita ⁊ in ysrael hereditare ⁊ in electis meis mitte radices. Tu autem domine miserere. Rm. Deo gratias. Rm. Sancta et immaculata virginitas quibus te laudibus referam nescio. Quia quem celi capere non poterant tuo gremio contulisti. V. Benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus ventris tui. Quia quem celi capere non poterant tuo gremio contulisti.

Et sic in syon lectio secunda. firmata sum ⁊ in civitate sanctificata similiter requievi. et in yherusalem potestas mea. Et radicavi in populo honorificato. ⁊ in partes dei mei hereditas illius. ⁊ in plenitudine sanctorum detemptio mea. Tu autem domine miserere. Rm. Deo gratias. Rm. Beata es virgo maria. que dominum portasti

creatorem mundi. Genuisti qui te fecit et
in eternum pmanes uirgo. ℟. Aue
maria gratia plena dominus tecum. Ge-
nuisti qui te fecit et in eternum permanes
uirgo. ℣. Iube domne benedice-
re. benedictio. Per uirginem matrē cō-
cedat nobis dominus salutem et pacem. ℟.
Amen. lectio tercia.
Quasi cedrus exaltata sum in li-
bano. et quasi cypressus in mō-
te syon. Quasi palma exaltata
sum in cades. et quasi plantatio rose in ier-
icho. Quasi oliua speciosa in campis. et
quasi platanus exaltata sum iuxta aquas.
In plateis sicut cynamomū et balsamum
aromatizans. odorem dedi. quasi mirra elec-
ta dedi suauitatem odoris. Tu autē dn̄e
nrī miserere. ℟. Deo gratias. ℟m.
Felix namque es sacra uirgo maria et om-
ni laude dignissima. Quia ex te enim or-
tus est sol iusticie xp̄s deus noster. ℣.

Ora pro populo interuenj pro clero intercede. pro deuoto femineo sexu. sentiant omnes tuum iuuamen. quicunq; celebrant tuā sc̃am cōmemorationem. Quia ex te enim ortus est sol iusticie. xp̃s deus nr̃. Gloria patri ⁊ filio ⁊ spiritui sc̃o. Xp̃s deus noster.

mus. te dnm̄. Te eternum patrem. omnis
terra ueneratur. Tibi omnes angeli tibi ce
li. 7 uniuerse potestates. Tibi cherubin et
seraphyn. incessabili uoce proclamant. Sc̄s.
Sc̄s. Sc̄s dn̄s deus sabbaoth. Ple
ni sunt celi 7 terra maiestatis glorie tue. Te
gloriosus. apostolorum chorus. Te prophetarum
laudabilis numerus. Te martyr candida
tus. laudat exercitus. Te per orbem terra
rum. sc̄a confitetur ecclesia. Patrem immē
se maiestatis. Venerandum tuū uerum 7
unicum filium. Sanctum quoque parach
tum spiritum. Tu rex glorie xp̄e. Tu
patris sempiternus es filius. Tu ad liberā
dum suscepturus hominē. non horruisti uir
ginis uterū. Tu deuicto mortis aculeo.
aperuisti credentibus regna celorum. Tu
ad dexteram dei sedes in gloriam patris. Iu
dex crederis esse uenturus. Te ergo que
sumus tuis famulis subuenī. quos precio
so sanguine redemisti. Eterna fac cū sc̄is

tuis gloria numerari. Saluum fac populũ
tuũ dñe. & benedic hereditati tue. Et rege eo(s)
& extolle illos. usq(ue) in eternum. Per singu-
los dies benedicimus te. Et laudamus
nomen tuum in eternum & in seculum seculi.
Dignare dñe die isto. sine peccato nos cu-
stodire. Miserere nr̃i dñe miserere nostri.
Fiat misericordia tua dñe super nos. quem-
admodum sperauimus in te. In te dñe spe-
raui. Non confundar in eternum.

In laudibus. Versus:

EUS IN ADIU

torium meum intende. ℟. Domine ad

adiuuandum me festina. Gloria patri &

filio ⁊ spiritui sc̄o. Sicut erat in principio
⁊ nunc ⁊ semper. ⁊ in secula seculorum amen allelu
ya. an̄t. Assumpta est maria. psalmus.

Dominus regnauit decorem in
ductus est. inductus est dominus
fortitudinem ⁊ precinxit se. Et
enim firmauit orbem terre. qui non commo
uebitur. Parata sedes tua. ex tunc a sec̄lo
tu es. Eleuauerunt flumina dn̄e. eleua
uerunt flumina uocem suam. Eleuaue
runt flumina fluctus suos. a uocibus aquarū
multarum. Mirabiles elationes maris.
mirabilis in altis dominus. Testimonia
tua credibilia facta sunt nimis domum
tuā decet. sanctitudo domine in longitudine
dierum. Gloria patri ⁊ filio. ⁊ spiritui sc̄o.
Sicut erat in principio ⁊ nunc ⁊ semp. ⁊ in
secula seculorum amē. an̄t. Assump
ta est maria in celum. gaudent angeli lauda
tes benedicunt dominum. an̄t. Maria
uirgo assumpta est. psalmus dauid.

IUbilate deo omnis terra ser
uite domino in leticia. Introite in conspectu eius. in
exultatione. Scitote quoniam dns ip
se est deus. ipse fecit nos. et non ipsi nos. Po
pulus eius et oues pascue eius. introite i
portas eius in confessione. atria eius in hy
mnis confitemini illi. Laudate nomen ei
quoniam suauis est dns in eternum miseri
cordia eius. et usque in generatione et generati
onem ueritas eius. Gloria patri et filio
et spiritui sco. Sicut erat in principio et
nunc et semper. et in secula seculorum amen.
antha. Maria uirgo assumpta est ad he
thereum thalamum. in quo rex regum stella
to sedet solio. antr. In odorem unguen
torum tuorum. psalmus dauid.
DEus deus meus ad te de luce ui
gillo. Sitiuit in te anima
mea. quam multipliciter tibi i
caro mea. In terra deserta inuia et aquo

sa sic in scõ apparui tibi . ut uiderem uiderem
uirtutem tuam et gloriam tuam. Quoniã me-
lior est misericordia tua sup uitas. labia mea
laudabunt te. Sic benedicam te in uita
mea 7 in nomine tuo leuabo manus meas.
Sicut adipe 7 pinguedine repleatur aĩa
mea. 7 labiis exultationis laudabit os me-
um. Si memor fui sup stratum meũ ma-
tutinis meditabor in te. quia fuisti adiutor
meus. Et in uelamento alar tuar exul-
tabo. adhesit anima mea post te. me susce-
pit dextera tua. Ipsi uero in uanum que-
sierunt animam. introibunt in inferiora
terre tradentur in manus gladii partes uul-
pium erunt. Rex uero letabitur in deo
laudabuntur omnes qui iurant in eo. qa
obstructum est os loquentium iniqua. ps.

Eus misereatur nrĩ 7 benedicat
nobis. illuminet uultũ suum
super nos 7 misereatur nrĩ. Ut
cognoscamus in terra uiam tuã. in omnib

gentibus salutare tuum. Confiteantur tibi
populi deus. confiteantur tibi populi omnes.
Letentur et exultent gentes quoniam iu
dicas populos in equitate. et gentes in terra
dirrigis. Confiteantur tibi populi deus.
confiteantur tibi populi omnes. terra dedit
fructum suum. Benedicat nos deus deus
noster. benedicat nos deus. et metuant eum omnes
fines terre. Gloria patri et filio et spiri
tui sancto. Sicut erat in principio et nunc
et semper. et in secula seculorum amen. antiphona.
In odorem unguentorum tuorum curre
mus adolescentule dilexerunt te nimis.
antiphona. Benedicta filia tua. canticum.
Benedicite omnia opera domini do
mino. laudate et superexaltate eum
in secula. Benedicite angeli
domini domino. benedicite celi domino.
Benedicite aque omnes que super celos
sunt domino. benedicite omnes virtutes
domini domino. Benedicite sol et lu

na domino. benedicite stelle celi domino.
Benedicite omnis ymber 7 ros domino.
benedicite sp̄s dei domino. Benedicite
ignis 7 estus domino. benedicite frigus et
estas domino. Benedicite rores 7 pruina
domino. benedicite gelu 7 frigus domino. i
Benedicite glacies 7 niues domino. bene
dicite noctes 7 dies domino. Benedicite
lux 7 tenebre domino. benedicite fulgura et
nubes domino. Benedicat terra dominū
laudet 7 sup exaltet eum in secula. Benedi
cite montes 7 colles domino. benedicite uni
uersa germinantia in terra domino. Bene
dicite fontes domino. benedicite maria 7 flu
mina domino. Benedicite cete 7 omnia
que mouentur in aquis domino. benedicite
omnes uolucres celi domino. Benedici
te omnes bestie 7 pecora domino. benedicite
filij hominum domino. Benedicat isrl' i
dominum. laudet et sup exaltet eum i secu
la. Benedicite sacerdotes domini dominū.

benedicite servi domini domino. Bene-
dicite sp̄s et anime iustorum dn̄o. benedici-
te sc̄i et humiles corde dn̄o. Benedici-
te anania azaria misael dn̄o. laudate et su-
per exaltate eum in secula. Benedica-
mus patrem et filium cum sc̄o spiritu. lau-
demus et sup exaltemus eum in secula. Be-
nedictus es domine in firmamento celi. et
laudabilis et gloriosus et sup exaltatus eū
in secula. añt. Benedicta filia tua a
domino. quia per te fructum vite communica-
vimus. añt. Pulcra es. psalmus cxl'.
Laudate dn̄m de celis. laudate
eum in excelsis. Laudate
eum omnes angeli eius. lau-
date eum omnes virtutes eius. Lau-
date eum sol et luna. laudate eum omnes
stelle et lumen. Laudate celi celorum et
aque que sup celos sunt laudent nomen
dn̄i. Quia ipse dixit et facta sunt. ipse man-
davit et creata sunt. Statuit ea in eter-

num et in seculum seculi. preceptum posuit
& non preteribit. Laudate dominum de terra.
dracones et omnes abyssi. Ignis grando
nix glacies spiritus procellarum. que faciunt uer
bum eius. Montes et omnes colles li
gna fructifera & omnes cedri. Bestie &
uniuersa pecora. serpentes et uolucres pe
nate. Reges terre et omnes populi prin
cipes. & omnes iudices terre. Iuuenes
& uirgines senes cum iunioribus laudent no
men domini. quia exaltatum est nomen eius
solius. Confessio eius super celum & ter
ram. et exaltauit cornu populi sui. Hymnus
omnibus sanctis eius filiis israel populo appropin
quanti sibi. psalmus.

Cantate domino canticum nouum.
laus eius in ecclesia sanctorum.
Letetur israel in eo qui fecit eum.
& filie syon exultent in rege suo. Laudent
nomen eius in choro & timpano. & psalterio
psallant ei. Quia beneplacitum est do

mino in populo suo. et exaltauit mansue
tos in salutem. Exultabunt sancti in
gloria. letabuntur in cubilibus suis. Ex
altationes dei in gutture eorum. et gladii ancipi
tes in manibus eorum. Ad faciendam uin
dictam in nationibus increpationes in
populis. Ad alligandos reges eorum in com
pedibus. et nobiles eorum in manicis ferreis.
Ut faciant in eis iuditium conscriptum
gloria hec est omnibus sanctis eius. psalmus.
Laudate dominum in sanctis eius. lauda
te eum in firmamento uirtutis
eius. Laudate eum in uirtuti
bus eius. laudate secundum multitudi
nem magnitudinis eius. Laudate eum
in sono tube. laudate eum in psalterio et
cythara. Laudate eum in timpano et
choro. laudate eum in cordis et organo. La
udate eum in cymbalis benesonantibus. lau
date eum in cymbalis iubilationis. omnis
spiritus laudet dominum. Gloria patri et filio.

7 spū sco. Sicut erat in principio 7 nūc
7 semper. 7 in secula seculorum amen. antha.
Pulcra es et decora filia yherusalem terri
bilis ut castrorum acies ordinata. caplm.
Viderunt eam filie syon et beatis
dixerunt. 7 regine laudauerunt
eam. R. Deo gratias. hymn.
O gloriosa dña. excelsa supra sy
dera. qui te creauit prouide. lac
tasti sacro ubere. Quod eua t
ristis abstulit. tu reddis almo germine. intrēt
ut astra flebiles. celi fenestra fcã es. Tu
regis alti ianua. 7 porta lucis fulgida. uitam
datam per uirginem. gentes redempte plau
dite. Gloria tibi dne. qui natus es de uir
gine. cum patre 7 scõ spū. in sempiterna secula.
Amen. V. Benedicta tu in mulieribus.
R. Et benedictus fructus uentris tui.
añt. Beata dei genitrix. canticū.
Benedictus dñs deus israel. quia
uisitauit 7 fecit redemptionem

plebis

bis sue. Et erexit cornu salutis nobis
in domo dauid pueri sui. Sicut locutus est
per os sanctorum. qui a seculo sunt prophetarum
eius. Salutem ex inimicis nostris. et de ma
nu omnium qui oderunt nos. Ad faci
endam misericordiam cum patribus nostris. et
memorari testamenti sui sancti. Ius iurandum
quod iurauit ad abraam patrem nostrum. daturum se
nobis. Ut sine timore de manu inimico
rum nostrorum liberati. seruiamus illi. In sancti
tate et iusticia coram ipso. omnibus diebus nostris. Et
tu puer propheta altissimi vocaberis. preibis
enim ante faciem domini parare vias eius. Ad
dandam scientiam salutis plebi eius. in re
missionem peccatorum eorum. Per uiscera
misericordie dei nostri. in quibus uisitauit nos ori
ens ex alto. Illuminare his qui in tene
bris et in umbra mortis sedent. ad dirigendos
pedes nostros in uiam pacis. Gloria patri et
filio. et spiritui sancto. Sicut erat in pri
cipio et nunc et semper. et in secula seculorum

amen. añt. Beata dei genitrix maria
virgo perpetua templum domini sacrarium
spiritus sancti sola sine exemplo placuisti
domino ihesu xpo. ora pro populo. interve-
ni pro clero. intercede pro devoto feminē
sexu. Kyrie leyson. Xpe leyson. Ky-
rie leyson. ℣. Domine exaudi orationē
meam. ℟. Et clamor meus ad te ve-niat
Oremus. oratio.
Deus qui de beate marie virgi-
nis utero verbum tuum angelo nuntian-
te carnem suscipere voluisti. presta suppli-
cibus tuis. ut qui vere eam genitricē dei
credimus eius apud te intercessionibus
adiuvemur. Per eundem xpm dominum
nrm. ℟. Amen. añt de sanctis.
Sancti dei omnes intercedere dignemi-
ni pro nostra omniumqꝫ salute. ℣.
Letamini in domino et exultate iusti ℟.
Et gloriamini omnes recti corde.
Oremus. Oratio.

Protege dn̄e populum tuum. et
apostolorum tuorum petri ꝛ pa
uli. ꝛ aliorum apostolorum tuo
rum patrocinio ꝯfidentē. perpetua deffensio
ne ꝯserua. oratio de sc̄is.
Omnes sancti tui quesumus do
mine ubiqꝫ adiuuent. ut dum
eorum merita recolimus patro
cinia sentiamus. orō
Da pacem tuam nr̄is concede te
poribus. ꝛ ab ecclesia tua cunc
tam repelle nequitiam. iter ac
tus et uoluntates nr̄as. ꝛ omnium famu
lorum tuorum in salutis tue prosperitate
dispone. benefactoribus nr̄is sempiterna
bona retribue. ꝛ omnibꝫ fidelibus defunc
tis requiem eternam concede. Per dn̄m nr̄m i
h̄m xp̄m filium tuum. qui tecum uiuit ꝛ
regnat in unitate sp̄s sancti deus. per omnia
secula sclōꝝ. amē. Domine exaudi oratio
nē meā. Et clamor meus ad te ueniat.

Benedicamus dño. Deo gratias.

Ad primam. Versus.

EUS IN ADIUTO
rium meum intende. R. Domine ad
adiuuandum me festina. Gloria patri.

& filio & spiritui sancto. Sicut erat
in principio & nunc & semper. & in secula
seculorum amen alleluya. hymnus.

Memento salutis auctor quod
nostri quondam corporis ex il
libata virgine nascendo
formam sumpsisti. Ma
ria mater gratie mater misericordie. tu
nos ab hoste protege in hora mortis susci
pe. Gloria tibi domine qui natus es
de virgine. cum patre & sancto spiritu in sempiter
na secula amen. ant. Assumpta est ma
ria in celum. psalmus david.

Deus in nomine tuo saluum me
fac & in virtute tua iudica me.
Deus exaudi orationem
meam auribus percipe verba oris mei.
Quoniam alieni insurrexerunt adver
sum me & fortes quesierunt animam meam.
& non proposuerunt deum ante conspectum
suum. Ecce deus adiuvat me. et dominus

susceptor est anime mee. Auerte ma
la inimicis meis. et in ueritate tua disperde illos.
Voluntarie sacrificabo tibi et confite
bor nomini tuo domine. quoniam bonum
est. Quoniam ex omni tribulatione
eripuisti me. et super inimicos meos. despexit
oculus meus. Gloria patri et filio. et spi
ritui sancto. Sicut erat in principio et
nunc et semper. et in secula seculorum. amen.

Benedixisti domine psalmus.
terram tuam. auertisti captiuita
tem iacob. Remisisti iniqui
tatem plebis tue. operuisti omnia peccata
eorum. Mitigasti omnem iram tuam.
auertisti ab ira indignationis tue. Con
uerte nos deus salutaris noster. et auerte iram tuam
a nobis. Numquid in eternum irasceris
nobis. aut extendes iram tuam a gene
ratione et generationem. Deus tu con
uersus uiuificabis nos. et plebs tua letabi
tur in te. Ostende nobis domine mise

cordiam tuam. ⁊ salutare tuū da nobis.
Audiam quid loquatur in me domi
nus. quoniam loquetur pacē in plebē
suam. Et super sanctos suos. ⁊ in eos
qui convertuntur ad cor. Verunta
men ꝓpe timentes eum salutare ipsius.
ut habitet gloria in terra nr̄a. Miseri
cordia et veritas obviaverunt sibi. iustitia ⁊
pax obsculate sunt. Veritas de terra
orta est. ⁊ iusticia de celo ꝓspexit. Et
enim dominus dabit benignitatem. ⁊ ter
ra nr̄a dabit fructum. Iusticia ante eū
ambulabit. ⁊ ponet in via gressus suos.
Gloria patri ⁊ filio ⁊ spiritui sancto.
Sicut erat in principio ⁊ nunc ⁊ sem
⁊ in secula seculorum amen. psalmus.

Laudate dominum omnes gē
tes. ⁊ collaudate eum omnes
populi. Quoniam confir
mata est super nos misericordia eius. et ve
ritas dn̄i manet in eternum. Gloria

patri ⁊ filio. ⁊ spiritui sancto. Sicut erat
in principio ⁊ nunc ⁊ semper. ⁊ in secula se
culorum. amen. aña. Assumpta est ma
ria in celum. gaudent angeli laudantes
benedicunt dominum. capitulum.
Que est ista que progreditur.
quasi aurora consurgens. pul
cra ut luna. electa ut sol. terribi
lis ut castrorum acies ordinata. Deo
gratias. ℣. Dignare me laudare
te virgo sacrata. ℟. Da michi virtutem
contra hostes tuos. Kyrie leyson. Xpe
leyson. Kyrie leyson. ℣. Domine
exaudi orationem meam. ℟. Et clamor
meus ad te veniat. Oremus. oratio.
Deus qui virginalem aulam bea
te marie in qua habitare elige
re dignatus es. da quesumus.
ut sua nos deffensione munitos. iocundos
sue facias interesse commemorationi. Qui
vivis ⁊ regnas deus per omnia secula seculorum.

Ant' de sanctis. Sancti dei omnes intercedere dignemini pro nr̄a omniumq3 salute. ℣. Letamini in domino et exultate iusti. ℟. Et gloriamini omnes recti corde. Oratio.

Exaudi nos deus salutaris noster. et apostolorum tuorum petri et pauli. et aliorum apostolorum nos tuere presidiis. quorum donasti fideles esse doctrinis. Oratio.

Omnes sancti tui quesumus domine nos ubiq3 adiuuent. ut dum eorum merita recolimus patrocinia sentiamus. Oratio.

Da pacem tuā nr̄is cōcede temporibus. et ab ecclesia tua cunctam repelle nequitiam. iter actus et uoluntates nr̄as. et omnium famulorū tuorum in salutis tue prosperitate dispone. benefactoribus nostris sempiterna bona retribue. et omnibus fidelib3 defunctis re

requiem eternam concede. P dominum
nostrum yhesum xpm filium tuum qui te-
cum uiuit 7 regnat in unitate sps sancti de-
us p omnia secula seculorum. Amen. V.
Domine exaudi orationem meam. R.
Et clamor meus ad te ueniat. V.
Benedicamus domino. R.
Deo gratias. Vsus.
Et fidelium anime per misericordiam
dei requiescant in pace. Amen.

EUS IN ADIU
torium meum intende. R. Domine ad
adiuvandum me festina. Gloria patri et

filio ⁊ spiritui sancto. Sicut erat in pri
cipio ⁊ nunc ⁊ semper: ⁊ in secula seculorũ
amen alleluya. hymnus.
Memento salutis auctor: quod no
stri quondam corporis ex illibata
uirgine nascendo formã sũp
seris. Maria mater gratie mater miseri
cordie tu nos ab hoste protege in hora
mortis suscipe. Gloria tibi dñe qui na
tus es de uirgine. cum patre ⁊ scõ spiritu i
sempiterna secula. amen. ant. Maria
uirgo assumpta est. psalmus dauid.
Ad dominum cum tribularer clama
ui. ⁊ exaudiuit me. Domine
libera anima mea a labijs iniqs.
⁊ a lingua dolosa. Quid detur tibi aut
quid apponatur tibi. ad linguam dolosam.
Sagitte potentis acute. cũ carbonibus
desolatorijs. Heu michi quia incolla
tus meus prolongatus est. habitaui cum
habitantibus cedar: multum. incolla fuit

anima mea. Cum hijs qui oderunt pa
cem eram pacificus. cum loquebar illis im
pugnabant me gratis. Gloria patri
et filio et spiritui sancto. Sicut erat in
principio et nunc et semper et in secula secu
lorum amen. Psalmus.

Levavi oculos meos ad montes.
unde veniet auxilium michi.
Auxilium meum a domino.
qui fecit celum et terram. Non det in co
motionem pedem tuum. neque dormitet q
custodit te. Ecce non dormitabit ne
que dormiet. qui custodit israel. Domi
nus custodit te. dominus protectio tua su
per manum dexteram tuam. Per diem
sol non uret te. neque luna per noctem. Do
minus custodiat te ab omni malo. custodi
at animam tuam dominus. Dominus cu
stodiat introitum tuum et exitum tuum. ex
hoc nunc et usque in seculum. Gloria pa
tri et filio et spiritui sancto. Sicut erat

in principio et nunc et semper. et in secula se-
culorum amen. psalmus dauid. xxix

Etatus sum in hiis que dicta
sunt michi. in domum domini
ibimus. Stantes erant pe-
des nostri. in atriis tuis ierusalem. Ie-
rusalem que hedificatur ut ciuitas. cuius
participatio eius in idipsum. Illuc enim
ascenderunt tribus tribus domini testimo-
nium israel. ad confitendum nomini domi-
ni. Quia illic sederunt sedes in iudicio.
sedes super domum dauid. Rogate que ad
pacem sunt ierusalem. et habundantia di-
ligentibus te. Fiat pax in uirtute tua.
et habundantia in turribus tuis. Pro-
pter fratres meos et proximos meos. loque-
bar pacem te. Propter domum do-
mini dei nostri. quesiui bona tibi. Gloria pa-
tri et filio. et spiritui sancto. Sicut erat in
principio et nunc et semper. et in secula secu-
lorum amen. an. Maria uirgo assump

ta est ad ethereum thalamum in quo rex re
gum stellato sedet solio. capitulum.
Et sic in syon firmata sum et in
civitate sanctificata similiter
requievi et in iherusalem po
testas mea. Rm. Deo gra
tias. V. Diffusa est gratia in labiis
tuis. R. Propterea benedixit te deus
in eternum. Kyrie leyson. Xpe ley
son. Kyrie leyson. V. Domine
exaudi orationem meam. R. Et cla
mor meus ad te veniat. Oremus. oro.
Deus qui salutis eterne beate
marie virginitate fecunda hu
mano generi premia prestiti
sti. tribue quesumus. ut ipsam
pro nobis intercedere sentiamus. per quam
meruimus auctorem vite suscipere. dominum
nostrum yhesum xpistum filium tuum. R. Amen.
antiphona de sanctis. Sancti dei omnes inter
cedere dignemini pro nostra omniumque sa

luce. ℣. Letamini in domino et exul
tate iusti. ℟. Et gloriamini omnes
recti corde. Oremus. oratio.

Protege domine populū tu
um. et apostolorum tuoꝝ
petri 7 pauli. 7 aliorum aposto
lorum patrocinio ꝯfidentem. perpetua de
fensione conserua. oratio.

Omnes sancti tui quesumus
domine nos ubiq꜅ adiuuent.
ut dum eorum merita recoli
mus. patrocinia sentiamus. oratio.

Et pacem tuam nr̄is concede
temporibꝫ. 7 ab ecclesia tua cu
ctam repelle nequitiā. iter ac
tus 7 uoluntates nr̄as. 7 omnium famu
lorum tuorum in salutis tue prosperita
te dispone. benefactoribus nr̄is sempit
na bona retribue. et omnibꝫ fidelibꝫ de
functis. requiem eternam concede. Per
dominum nostrum yhesum xp̄m filium t

tuum qui tecum uiuit et regnat in unita
te sp̄s sancti deus. Per omnia secula seclo
rum. ℟. amen. ℣. Domine exaudi
orationem meam. ℟. Et clamor
meus ad te ueniat: ℣. Benedicamus
domino. ℟. Deo gratias. Fidelium
anime per misericordiam dei requiescat in
pace. ℟. Amen.

Explicit officium tertie:

Sequitur offitium sexte:

EUS IN ADIU

torium meum intende. R. Domine

ad adiuuandum me festina. Gloria

patri et filio. et spiritui sancto. Sicut e-
rat in principio et nunc et semper. et in secu-
la seculorum amen alleluya. hymnus.
Memento salutis auctor. quod
nostri quondam corporis. ex illi-
bata virgine. nascendo formam
sumpseris. Maria mater gratie mater
misericordie. tu nos ab hoste protege. in
hora mortis suscipe. Gloria tibi do-
mine. qui natus es de virgine. cum patre
sancto spiritu. in sempiterna secula. R.
Amen. ant. In odorem. psalmus.
Ad te levavi oculos meos. qui ha-
bitas in celis. Ecce sicut
oculi servorum. in manibus do-
minorum suorum. Sicut oculi an-
cille in manibus domine sue. ita oculi nostri
ad dominum deum nostrum donec misereatur nostri.
Miserere nostri domine miserere nostri. quia
multum repleti sumus despectione.
Quia multum repleta est anima nostra.

obprobrium hominum habundantibus
et despectio superbis. Gloria patri et
filio. et spiritui sancto. Sicut erat in
principio et nunc et semper. et in secula secu
lorum amen. psalmus dauid.
Nisi quia dominus erat in no
bis dicat nunc israel. nisi quia
dominus erat in nobis. Cum
exurgerent homines in nos. forte uiuos
deglutissent nos. Cum irasceretur i
furor eorum in nos. forsitam aqua absor
buisset nos. Torrentem pertransiuit
anima nostra. forsitam pertransisset anima
nostra aquam intollerabilem. Benedictus
dominus qui non dedit nos in captionem
dentibus eorum. Anima nostra sicut pas
ser erepta est de laqueo uenantium. La
queus contritus est. et nos liberati sumus.
Adiutorium nostrum in nomine domini. qui
fecit celum et terram. Gloria patri et
filio. et spiritui sancto. Sicut erat in prin.

cipio et nunc et semper et in secula seculorum
amen. psalmus dauid.

Qui confidunt in domino sicut
mons syon non commouebitur
in eternum. qui habitat in iheru-
salem. Montes in circuitu eius et dominus
in circuitu populi sui. ex hoc nunc et usque in
seculum: Quia non relinquet dominus
uirgam peccatorum. super sortem iustorum.
ut non extendant iusti ad iniquitatem ma-
nus suas. Benefac domine. bonis et
rectis corde. Declinantes autem in obli-
gationes adducet dominus cum operantibus
iniquitatem. pax super israel. Gloria
patri et filio et spiritui sancto. Sicut erat
in principio et nunc et semper et in secula se-
culorum amen. ant. In odore un-
guentorum tuorum currimus adolescen-
tule dilexerunt te nimis. capitulum.

Et radicaui in populo honorifi-
cato. et in partes dei mei heredi-

tas illius. et in plenitudine sanctorum de-
tentio mea. R. Deo gratias. V. Be-
nedicta tu in mulieribus. R. Et benedic-
tus fructus ventris tui. Kyrie leyson.
Xpe leyson. Kyrie leyson. V. Do-
mine exaudi orationem meam. R. Et
clamor meus ad te veniat. Oremus. oratio.
Concede misericors deus fragi-
litati nostre presidium. ut qui sancte
dei genitricis et virginis ma-
rie memoriam agimus. intercessionis eius
auxilio a nostris iniquitatibus resurgamus.
Per eundem xpm dominum nostrum. R. Amen. antiphona.
Sancti dei omnes intercedere dignemi-
ni pro nostra omniumque salute. V. Leta-
mini in domino et exultate iusti. R. Et
gloriamini omnes recti corde. Oremus. oratio.
Exaudi nos deus salutaris noster
et apostolorum tuorum petri et
pauli et aliorum apostolorum
nos tueri presidiis. quorum donasti fide

les esse doctrinis. oratio.
Omnes sancti tui quesumus dñe
nos ubiqꝫ adiuuent. ut dũ eo
rum merita recolimus patroci
nia sentiam. oratio.
Da pacem tuam nris dede tem
poribꝫ. ⁊ ab ecclia tua cunctam
repelle nequitiam. iter actus ⁊
uoluntates nrãs. ⁊ omnium famulorum
tuorum in salutis tue prosperitate dispone
benefactoribꝫ nris sempiterna bona retri
bue. ⁊ omnibꝫ defunctis requiem eternaꝫ
dede. Per dominum nrm ihm xpm filium
tuum qui tecũ uiuit ⁊ regnat in unitate sps
sci deus. Per omnia secula seculorum. R. amẽ.
V. Domine exaudi orationem meã. R.
Et clamor meus ad te ueniat. V. Benedicam
domino. R. Deo gratias. Fidelium aie
p misericordiam dei requiescant in pace. R.
Amen.
Explicit offitium sexte. Offm ad nonã.

EUS IN ADIU
torium meum intende. R. Domine ad ad
iuuandum me festina. Gloria patri et filio.

⁊ spũi scõ. Sicut erat in principio ⁊ nūc
⁊ semp ⁊ in secula seculorum amen alla: ymn̄.
Memento salutis auctor. qđ nr̄i
quondam corporis. ex illibata ⁊
uirgine. nascendo formam sum
pseris. Maria mater gratie mater ⁊
misericordie. tu nos ab hoste protege. in
hora mortis suscipe. Gloria tibi do
mine. qui natus es de uirgine. cū patre
sancto spũ. in sempiterna secula: ℟.
Amen. aīt Pulcra es. psalm̄ cxxv:
In conuertendo dominus capti
uitatem syon. facti sumus sicut
consolati. Nunc repletū est
gaudio os nostrum. ⁊ lingua nostra exl'
tatione. Nunc dicent inter gentes.
magnificauit dominus facere cum eis.
Magnificauit dominus facere no
biscum. facti sumus letantes. Con
uerte domine captiuitatem nostram.
sicut torrens in austro. Qui semi

nant in lacrimis. in exultatione metent.
Euntes ibant ⁊ flebant. mittentes se
mina sua. Venientes autem ueniēt
cum exultatione portantes manipulos
suos. Gloria patri ⁊ filio ⁊ spiritui sc̄o.
Sicut erat in principio ⁊ nūc ⁊ semꝑ
⁊ in secula seculorum amen. psalmus dd̄.
Nisi dominus edificauerit domum.
in uanū laborauerunt q edificant
eam. Nisi dominus custodie
rit ciuitatem. frustra uigilat qui custodit
eam. Vanum est uobis ante lucē sur
gere. surgite postꝗ̄ sederitis qui mādu
catis panem doloris. Cum dederit
dilectis suis somnum. ecce hereditas do
mini filij merces fructus uētris. Si
cut sagitte in manu potentis. ita filij ex
cussorum. Beatus uir qui impleuit
desideriū suū ex ipsis nō ↄfundet cū loque
tur inimicis suis ī porta. Gl̄ia patri et
filio ⁊ sp̄ui sc̄o. Sicut erat ⁊c̄. psalm̄.

Beati omnes qui timent dominũ:
qui ambulant in uiis eius.
Labores manuum tuarum mã
ducabis. beatus es et bene tibi erit. Uxor
tua sicut uitis habundans. in lateribus do
mus tue. Filii tui sicut nouelle oli
uarum. in circuitu mense tue. Ecce sic
benedicetur omnis homo. qui timet dñm.
Benedicat tibi dñs ex syon. et uideas bo
na yherusalem omnibus diebus uite tue. Et
uideas filios filiorum tuorum. pacem sup
israel. Gloria patri et filio. et spũi sancto.
Sicut erat in principio et nunc et semp
et in secula seculorum amen. añt. Pul
chra es et decora filia yherusalem terribilis
ut castrorum acies ordinata. capitulum.
In plateis sicut cynamomũ et
balsamum aromatizans odorẽ
dedi quasi mirra electa dedi suaui
tatem odoris. ℟. Deo gratias. Versus.
Post partum uirgo inuiolata permansi.

sti. ℟. Sca genitrix intercede pro nobis.
Kyrieleyson. Xpeleyson. Kyrieley
son. ℣. Domine exaudi orationem me
am. ℟. Et clamor meus ad te veniat. a
Oremus. oratio.
Famulorum tuorum quesumus
domine delictis ignosce. ut qui
tibi placere de actibus nr̃is. nō va
lemus genitricis filii tui domini nr̃i ihesu
xpi intercessione salvemur. P eundē xpm
dominum nr̃m ℟. Amen. a. Sancti
dei omnes intercedere dignemini pro nr̃a
omniumque salute. ℣. Letamini in do
mino et exultate iusti. ℟. Et gloriamini
omnes recti corde. Oremus. oratio.
Presta quesumus omnipotens
deus. ut nullis nos permittas p
turbationibus concuti. quos in apo
stolice petram solidasti. P. oratio.
Omnes sancti tui quesumus dn̄e
nos ubique adiuvent. ut dum co

mentu

merita recolimus patrocinia sentiamus.
Et pacem tuam nostris concede tem-
poribus et ab ecclesia tua cunc-
tam repelle nequitiam. iter ac-
tus et uoluntates nostras. et omnium fa-
mulorum tuorum in salutis tue prospe-
ritate dispone. benefactoribus nostris sempi-
terna bona retribue. et omnibus fidelibus
defunctis. requiem eternam concede. Per
dominum nostrum yhesum christum filium tuum
qui tecum uiuit et regnat in unitate spiritus sancti
deus. per omnia secula seculorum. amen. ℣.
Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te ueniat. ℣.
Benedicamus domino. ℟. Deo
gratias.

Fidelium anime per misericordiam dei
requiescant in pace. ℟. Amen.

Explicit offitium none.

Ad uesperas offitium . Yesus.

eus in adiu

torium meum intende. R Domine

ad adiuuandum me festina. Gloria

patri et filio et spiritui sancto. Sicut erat
in principio et nunc et semper et in secula
seculorum amen alleluya. *antiphona.*
Dum esset rex. *psalmus dauid.*

Dixit dominus domino meo.
sede a dextris meis. Do
nec ponam inimicos tuos. sca
bellum pedum tuorum. Virgam uir
tutis tue emittet dominus ex syon. domi
nare in medio inimicorum tuorum. Te
cum principium in die uirtutis tue in
splendoribus sanctorum. ex utero ante
luciferum genui te. Iurauit dominus
et non penitebit eum tu es sacerdos in eter
num. secundum ordinem melchisedech.
Dominus a dextris tuis. confregit in
die ire sue reges. Iudicabit in natio
nibus implebit ruinas. conquassabit ca
pita in terra multorum. De torrente in
uia bibit. propterea exaltabit caput.
Gloria patri et filio et spiritui sancto.

Sicut erat in principio et nunc et sem-
per et in secula seculorum amen. antiphona.
Dum esset rex in accubitu suo. nar-
dus mea dedit suavitatem odoris. antiphona.
Leva eius. psalmus david.

Laudate pueri dominum.
laudate nomen domini.
Sit nomen domini be-
nedictum. ex hoc nunc et usque in seculum.
A solis ortu usque ad occasum. lauda-
bille nomen domini. Excelsus su-
per omnes gentes dominus. et super ce-
ca illos deus. Decidant a cogitationib
suis secundum multitudinē impietatū eo
rum expelle eos. quoniam irritauerūt te
domine. Et letentur omnes qui spāt
in te in eternū. exultabunt et habitabis in
eis. Et gloriabuntur in te omnes qui di
ligunt nomen tuum. quoniam tu benedi
ces iusto. Domine ut scuto bone uolū
tatis tue coronasti nos. Requiem eter
nam dona eis domine. Et lux perpetua
luceat eis. ant. Dirige domine deus
meus in conspectu tuo uiam meam. antha.
Conuerte domine. psalmus dauid.
Domine ne in furore tuo arguas
me. neqꝫ in ira tua corripias me.
Miserere mei domine quoni

am infirmus sum. sana me dñe. quoniam
conturbata sunt omnia ossa mea. Et
anima mea turbata est ualde. et tu dñe usq;
quo. Conuertere dñe et eripe animam
meam. saluum me fac propter misericordi
am tuam. Quoniam non est in morte
qui memor sit tui. in inferno autem quis
confitebitur tibi. Laboraui in gemitu
meo. lauabo per singulas noctes lectum meũ.
lacrimis meis. stratum meum rigabo. Tur
batus est a furore oculus meus. inuetera
ui inter omnes inimicos meos. Disce
dite omnes qui operamini iniquitatẽ. quõ
exaudiuit dñs uocem fletus mei. Exau
diuit dñs deprecationem meã. et dñs oratio
nem meã suscepit. Erubescant et contur
bentur uehementer omnes inimici mei. con
uertantur et erubescant ualde uelociter. Re
quiẽ eternam dona eis domine. Et lux
perpetua luceat eis. ant. Conuertere
domine et eripe animam meam. quoniã nõ

est

est in morte qui memor sit tui. ant. Con
uertere domine. psalmus dauid.
Domine deus meus in te spera
ui. saluum me fac ex omnibus
persequentibus me libera me. Ne
quando rapiat ut leo animā meā. dū nō
est qui redimat. neq; qui saluum faciat.
Domine deus meus si feci istud. et si
est iniquitas in manibus meis. Si re
didi retribuentibus michi mala decidam me
rito. ab inimicis meis inanis. Persequa
tur inimicus animam meam et comprehendat
et conculcet in terra uitam meam. et gloriā meā
in puluerem deducat. Exurge domine
in ira tua. et exaltare in finibus inimicorum
meorum. Exurge domine deus meus in
precepto quod mandasti. et sinagoga popu
lorum circumdabit te. Et propter hanc
in altum regredere. dn̄s iudicat populos.
Iudica me secundum iustitiam meam. et se
cundum innocentiam meam sup me. Co

sumetur nequitia peccatorum ⁊ diriges iu
stum. scrutans corda ⁊ renes deus. Iu
stum adiutorium meum a domino. qui
facit rectos corde. Deus iudex iust*
fortis ⁊ patiens. numquid irascitur per
singulos dies. Nisi conuersi fueritis
gladium suum uibrabit. arcum suum
tetendit ⁊ parauit illū. Et in eo para
uit uasa mortis. sagittas ardentibus
effecit. Ecce parturiit iniusticiam ⁊
concepit dolorem. ⁊ peperit iniquitatem.
Lacum aperuit et effodit eum. et in
cidit in foueam quam fecit. Conuer
tur dolor eius in caput ⁊ in uerticem ip
sius. iniquitas eius descendet. Con
fitebor domino secundum iusticiam eius
⁊ psallam nomini domini altissimi. Re
quiem eternam dona eis domine. Et
lux perpetua luceat eis. ant. Nequa
do rapiat ut leo animam meam. dū nō
est qui redimat neq; qui saluum faciat.

℣. A porta inferi. ℟. Erue dne animas eorum. ℣. Pater nr. ℣. Et ne nos inducas in temptationem. ℟. Sed libera nos a malo. Amen. Lc. j.

Parce michi domine nichil enim sunt dies mei. Quid est homo quia magnificas eum. aut qd apponis erga eum cor tuum. Uisitas eum diluculo. et subito probas illu͂. Usqz quo non parcis michi. nec dimittis me ut glutiam saliuam meam. Peccaui. Quid faciam tibi o custos hominum. quare posuisti me contrarium tibi. et factus su͂ metipsi grauis. Cur non tollis peccatum meum. et quare non

aufers iniquitatem meam. Ecce nunc i pul
uere dormio. ⁊ si mane me quesiens nō sub
sistam. ℟. Credo quod redemptor meꝰ
uiuit. ⁊ in nouissimo die de terra surrecturꝰ
sum. Et in carne mea uidebo deum saluato
rem meum. ℣. Quem uisurus sum
ego ipse ⁊ non alius. ⁊ oculi mei conspecturi
sunt. Et in carne mea. Lectio secunda.
Tedet animā meam uite mee. di
mittam aduersum me eloquiū
meum. loquar in amaritudine
anime mee. dicā deo. Noli me cōdemnare.
Cur me ita iudices. Nūquid tibi bonū ui
detur si calumpnieris ⁊ opprimes me. Opꝰ
manuum tuarum. ⁊ consilium impiorum adiu
ues. Nūquid oculi carnei tibi sunt. aut si
cut uidet homo. ⁊ tu uidebis. Nunquid si
cut dies hominis dies tui. ⁊ anni tui sicut
humana sunt tempora. Ut queras iniqta
tem meā. ⁊ peccatum meum scruteris. Et
scias quia nichil impium fecerim. cū sit

nemo qui de manu mea possit eruere. ℣.
Qui lazarum resuscitasti a monumento
fetidum. Tu eis domine dona requiē et
locum indulgentie. ℣. Qui uenturus
es iudicare uiuos et mortuos et seculum
per ignem. Tu eis. lectio iij.
Manus tue domine fecerunt
me et plasmauerunt me totum
in circuitu et sic repente precipitas
me. Memento queso quod sicut lutum fece-
ris me. et in puluerem reduces me. Non-
ne sicut lac mulsisti me. et sicut caseū me
coagulasti. Pelle et carnibus uestisti me. os-
sibus et neruis compegisti me. Uitam et mi-
sericordiam tribuisti michi. et uisitatio tua
custodiuit spiritum meum. ℟. Do
mine quando ueneris iudicare terram ubi
me abscondam a uultu ire tue. Quia
peccaui nimis in uita mea. ℣. Commis-
sa mea pauesco et ante te erubesco. dū ue-
neris iudicare noli me condempnare. Q

Quia peccaui nimis in uita mea. Requiem eternam dona eis domine. et lux perpetua luceat eis. Quia peccaui nimis. in uita mea.

Explicit offi[m] primi nocturni.

Jn scdo nocturno. a. In loco pascue. ps.

OMINUS REGIT

me 7 nichil michi deerit. in loco pascue ibi

me collocauit. Super aquam refectionis

educauit me. animam meam conuertit. ⁊
Deduxit me sup semitas iustitie. ppt
nomen suum. Nam et si ambulauero i
medio umbre mortis. non timebo mala ⁊
quoniam tu mecum es. Uirga tua ⁊ ba
culus tuus ipa me consolata sunt. Para
sti in conspectu meo mensa. aduersus eos q
tribulant me. Impinguasti in oleo ca
put meum. ⁊ calix meus inebrians quam
preclarus est. Et misericordia tua subse
quetur me. omnibus diebus uite mee. ⁊
Et ut inhabitem in domo dni. in longitu
dine dierum. Requiem eternam dona
eis domine. Et lux perpetua luceat eis.
ant. In loco pascue ibi me collocauit.
ant. Delicta iuuentutis mee. psalmus.
Ad te dne leuaui animam meam
deus meus in te confido nō eru
bescam. Neque irrideant me ⁊
inimici mei. ⁊ enim uniuersi qui sustinent
te non confundentur. Uias tuas dne de

mõstra michi. et semitas tuas edoce me. Di
rige me in veritate tua et doce me. quia tu es
deus salvator meus. et te sustinui tota die.
Reminiscere miserationum tuarum do
mine. et misericordiarum tuarum que a seculo
sunt. Delicta iuventutis mee et ignoran
tias meas ne memineris. Secundũ mi
sericordiam memẽto mei. propter bonitatẽ
tuam domine. Dulcis et rectus domi
nus. propter hoc legem dabit delinquenti
bus in via. Diriget mansuetos in iudi
cio. docebit mites vias suas. Universe
vie domini misericordia et veritas. requiren
tibus testamentũ eius et testimonia ei. Pro
pter nomen tuũ dñe propiciaberis peccato meo.
multum est enim. Quis est homo qui
timet dñm. legem statuit ei in via quã ele
git. Anima eius in bonis demorabitur.
et semen eius hereditabit terram. Firma
mentum est dominus timentibus eum. et te
stamentum ipsius ut manifestetur illis.

Oculi mei semper ad dominum. quoniā
ipse euellet de laqueo pedes meos. Respice
in me & miserere mei. quia unicus et pauper
sum ego. Tribulationes cordis mei
multiplicate sunt. de necessitatibus meis e-
ripe me. Vide humilitatem meam & la-
borem meum. & dimitte universa delicta mea.
Respice inimicos meos quoniam mul-
tiplicati sunt. & odio iniquo oderunt me.
Custodi animam meam et erue me. nō
erubescam. quoniam speravi in te. Inno-
centes recti adheserunt michi. quia sustinui
te. Libera deus israel, ex omnibus tribula-
tionibus suis. Requiem eternam dona
eis domine. Et lux perpetua luceat eis.
ant. Delicta iuventutis mee. et ignorā-
tias meas ne memineris. ant. Credo vi-
dere bona domini. psalmus dauid.

Dominus illuminatio mea & sa-
lus mea quem timebo. Do-
minus protector vite mee, a quo

trepidabo. Dum appropiant super me nocē
tes. ut educant carnes meas. Qui tribulāt
me inimici mei. ipsi infirmati sunt et cecide
runt. Si consistant aduersum me ca
stra. non timebit cor meum. Si exurgat
aduersum me prelium. in hoc ego sperabo. U
nam peti a domino hanc requiram. ut inha
bitem in domo domini. omnibus diebus ui
te mee. Ut uideam uoluntatem domi
ni. et uisitem templum eius. Quoniam
abscondit me in tabernaculo suo in die ma
lorum. protexit me in abscondito taberna
culi sui. In petra exaltauit me. et nunc
exaltauit caput meum super inimicos meos.
Circuiui et immolaui in tabernaculo eius
hostiam uociferationis. cantabo et psalmum
dicam domino. Exaudi domine uocē
meam quā clamaui ad te. miserere mei et
exaudi me. Tibi dixit cor meum exq
siuit te facies mea. faciem tuam domine
requiram. Ne auertas faciem tuam

ame. et ne declines in ira a servo tuo. Ad
iutor meus esto ne derelinquas me: neqȝ de
spicias me deus salutaris meus. Quo
niam pater meus et mater mea dereliquerũ
nt me. dn̄s autem assumpsit me. Le
gem pone michi domine in via tua et diri
ge me in semita rectã ꝓpter inimicos me
os. Ne tradideris me in animas tribulã
tium me. quoniam insurrexerũt in me testes
iniqui. ⁊ mentita est iniquitas sibi. Cre
do videre bona domini. in terra viventium.
Expecta viriliter age. ⁊ confortetur cor
tuum ⁊ sustine dominum. Requiē eter
nam dona eis domine. Et lux perpetua
luceat eis. ant. Credo videre bona do
mini in terra viventium. ℣. Collocet
eum cum principib;. ℟. Cum princi
pibus populi sui. Pater nr̄. lec. iiij.
Responde michi quantas habeo i
niquitates. peccata scelera mea ⁊
delicta ostende michi. Cur faciē

tua abscondis ⁊ arbitraris me inimicum tu-
um. Contra folium quod a uento rapitur
ostendis potentiam tuã ⁊ stipulam siccam
persequens. Scribis enim contra me ama-
ritudines ⁊ consumere me uis peccatis ado-
lescentie mee. Posuisti in neruo pedẽ me-
um. ⁊ obseruasti omnes semitas meas. et
uestigia pedum meorum considerasti. Qui qua-
si putredo consumendus sum. ⁊ quasi uestimen-
tum quod comeditur a tinea. ℟. Memen-
to mei deus quia uentus est uita mea. Nec
aspiciat me uisus hominis. ℣. Et non
reuertetur oculus meus ut uideat bona. ℟.
Nec aspiciat. Lectio quinta.
Homo natus de muliere breui
uiuens tempore repletur mul-
tis miseriis. Qui quasi flos
egreditur ⁊ conteritur. ⁊ fugit uelut umbra
⁊ numquam in eodem statu permanet. Et dignũ
ducis super huiuscemodi aperire oculos tu-
os ⁊ adducere eum tecum in iudicium. Quis

potest facere mundum de immundo conceptū
semine. non ne tu qui solus es. Breues di
es hominis sunt ⁊ numerus mensiū eius
apud te est. Constituisti terminos eius q
preteriri non poterunt. Recede ergo paulu
lum ab eo. ut quiescat donec optata ueni
at sicut mercenarij dies eius. ℟. Heu
michi domine quia peccaui nimis in uita
mea. quid faciam miser ubi fugiam nisi
ad te deus meus. Miserere mei dum uene
ris in nouissimo die. ℣. Anima mea
turbata est ualde. s; tu dñe succurre ei. Mi
serere mei. lectio. sexta.

Quis michi hoc tribuat ut in in
ferno protegas me et abscondas
me. donec pertranseat furor
tuus. ⁊ constituas michi tempus in quo
recorderis mei. Putas ne mortuus homo
rursum uiuat. Cunctis diebus quibus
nunc milito et expecto donec ueniat immu
tatio mea. Uocabis me et ego respōdebo

tibi. operi manuum tuarum porriges dex
teram. Tu quidem gressus meos dinume
rasti. sed parce peccatis. R. Ne recorde
ris peccata mea domine. Dum veneris i
udicare seculum per ignem. V. Dum
ge domine deus meus in conspectu tuo
viam meam. Dum veneris. Requiem
eternam. dona eis domine. et lux perpetua
luceat eis. Dum veneris iudicare. etc.

Explicit offitium secūdi nocturni.

In tertio nocturno ant. Complacuit. ps.

XPECTANS EXPECTA

ui dominum. & intendit michi. Et

exaudiuit preces meas & eduxit me de lacu

miserie

miserie. ⁊ de luto fecis. Et statuit sup
petram pedes meos. ⁊ direxit gressus meos.
Et immisit in os meum canticū novū.
carmen deo nr̄o. Beatus vir cuius
est nomen domini spes eius. ⁊ non respe
xit in vanitates ⁊ insanias falsas. Mul
ta fecisti tu domine deus mirabilia tua. et
cogitationibus tuis nō est qui similis sit
tibi. Annunciavi ⁊ locutus sum. mul
tiplicati sunt sup numerū. Sacrificiū
⁊ oblationem noluisti. aures aūt perfeci
sti michi. Holocaustum pro peccato
non postulasti. tunc dixi ecce venio. In
capite libri scriptum est de me. ut facerē
voluntatē tuam deus meus volui ⁊ legē
tuā in medio cordis mei. Annuntia
vi iustitiam tuā in ecclesia magna. ecce
labia mea non prohibebo domine tu scisti.
Iusticiam tuam non abscondi in cor
de meo. veritatem tuam ⁊ salutare tuū
dixi. Non abscondi misericordiam tu

am. et ueritatem tuam a concilio multo. Tu
aut domine ne longe facias miserationes
tuas a me. misericordias et ueritas tua sep
susceperunt me. Quoniam circumdede
runt me mala quorum non est numerus.
comprehenderunt me iniquitates mee. et non
potui ut uiderem. Multiplicate sunt
sup capillos capitis mei. et cor meum dere
liquit me. Complaceat tibi domine
ut eruas me. domine ad adiuuandu me
respice. Confundantur et reuereantur
simul. qui querunt animam mea. ut auf
ferant eam. Auertantur retrorsum
et reuereantur qui uolunt michi mala.
Ferant confestim confusionem sua. qui di
cunt michi euge euge. Exultent et
letentur sup te omnes querentes te. et
dicant semp magnificetur dns. qui dili
gunt salutare tuum. Ego aut men
dicus sum et pauper. dominus solicitus
est mei. Adiutor meus et protector

meus. tu es deus meus ne tardaueris. Re-
quiem eternam. dona eis domine. Et
lux perpetua. luceat eis. ant. Compla
ceat tibi dñe ut eruas me. dñe ad adiuuã
dum me respice. añ Sana dñe. ps.
Beatus qui intelligit sup egenũ
7 pauperem. in die mala libera
uit eum dñs. Dominus
conseruet eum et uiuificet eum. beatum
faciat eum in terra 7 non tradat eũ in ani
mam inimicorum eius. Domin' opẽ
ferat illi sup lectum doloris eius uniuersũ
stratum eius uersasti i infirmitate eĩ. Ego
dixi domine miserere mei. sana animã mei
quia peccaui tibi. Inimici mei dixerũt
mala michi. quando morietur 7 peribit i
nomen eius. Et si ingrediebatur ut
uideret uana loquebatur cor eius cõgrega
uit iniquitatem sibi. Egrediebatur fo
ras. 7 loquebatur in idipsum. Aduersũ
me susurrabant omnes inimici mei. ad

uersum me cogitabant mala michi. Ver
bum iniquum constituerunt aduersum
me. numquid qui dormit nō adiciat ut
resurgat. Et enim homo pacis mee
in quo speraui. qui edebat panes meos.
magnificauit sup me subplantationem.
Tu aūt domine miserere mei. resuscita
me et retribuā eis. In hoc cognoui qm
uoluisti me. quoniam non gaudebit
inimicus meus sup me. Me autem
propter innocentiam suscepisti. et cōfir
masti me in conspectu tuo in eternum.
Benedictus dominus deus isrl' a secu
lo et usq3 in seculum fiat fiat. Requi
em eternam dona eis domine. Et
lux perpetua luceat eis. añ. Sana do
mine animā meā quia peccaui tibi. añ.
Sana anima mea. psalmus dauid.
Quem ad modum desiderat cer
uus ad fontes aquar. ita de
siderat anima mea ad te deus.

Sitiuit anima mea ad deum fontem
uiuum. quando ueniam et apparebo ante
faciem dei. Fuerunt michi lacrime
mee panes die ac nocte. dum dicitur mi
chi cotidie. ubi est deus tuus. Hec
recordatus sum et effudi in me animam
meam. quando transibo in locum taberna
culi. admirabilis usque ad domum dei. In
uoce exultationis et confessionis. sonus epu
lantis. Quare tristis es anima mea.
et quare conturbas me. Spera in deo quoniam
adhuc confitebor illi. salutare uultus mei
et deus meus. Ad me ipsum anima mea
turbata est. propterea memor ero tui de ter
ra iordanis. et hermoniim a monte modico.
Abyssus abyssum inuocat. in uoce ca
tharactarum tuarum. Omnia excelsa
tua et fluctus tui super me transierunt. In
die mandauit dominus misericordiam su
am. et nocte canticum eius. Apud me
oratio deo uite mee. dicam deo susceptor

meus es. Quare oblitus es mei. et
quare contristatus incedo. dum affligit
me inimicus. Dum confringuntur ossa
mea exprobrauerunt michi. qui tribulant
me inimici mei. Dum dicunt michi
per singulos dies. ubi est deus tuus. Qua
re tristis es anima mea. et quare conturbas
me. Spera in deo quoniam adhuc con
fitebor illi. salutare uultus mei et deus meus.
Requiem eternam dona eis domine. Et
lux perpetua luceat eis. Aña. Sitiuit ani
ma ad deum fontem uiuum. quando ueniam
et apparebo ante faciem dei. ℣. Ne tra
das bestijs animas confitentes tibi. ℟. Et
animas pauperum tuorum ne obliuiscaris
in finem. ℣. Pater noster. ℣sus.
Et ne nos inducas in temptationem. ℟.
Sed libera nos a malo. Amen. .iiii.

Lectio septima.

PIRITUS

meus attenuabitur. dies mei breuiabuntur
7 solum michi super est sepulchrum. Nam
peccaui. 7 in amaritudinibus moratur oculus
meus. Libera me domine et pone me iuxta
te. 7 cuiusuis manus pugnet contra me.
Dies mei transierunt cogitationes mee
dissipate sunt torquentes cor meum. Nec

tem uerterunt in diem ⁊ rursum post tene
bras spero lucem. Si sustinuero infernus
domus mea est. ⁊ in tenebris straui lectulū
meum. Putredini dixi. pater meus es. ⁊
mater mea ⁊ soror mea uermibus. Ubi est
ergo nunc prestolatio mea. ⁊ patientia ⁊
mea. tu es domine deus meus. Rm.
Peccantem me cottidie et non me peni
tentem. timor mortis conturbat me. Quia
in inferno nulla est redemptio. miserere
mei deus ⁊ salua me. V. Deus in no
mine tuo saluum me fac. ⁊ in uirtute tua li
bera me. Quia in inferno nulla est redem
ptio. miserere mei d's ⁊ salua me. lectio viij.
Pelli mee consumptis carnibus adhe
sit os meū carni mee. ⁊ derelic
ta sunt tantūmodo labia circa
dentes meos. Miseremini mei ⁊ miseremi
mini mei. saltem uos amici mei. quia ma
nus domini tetigit me. Quare persequimi
ni me sicut deus ⁊ carnibus meis saturami

Quis michi hoc tribuat ut scribantur sermo
nes mei. Quis michi det ut exarentur in
libro stillo ferreo et plumbi lamina. vel celte
sculpantur in silice. Scio enim quod re
demptor meus vivit. et in novissimo die
de terra surrecturus sum. et rursum circum
dabor pelle mea. et in carne mea videbo deum
salvatorem meum. Quem visurus sum ego
ipse et non alius. et oculi mei conspecturi sunt.
Reposita hec est spes mea in sinu meo. R.
Libera me domine de viis inferni. Qui
portas ereas confregisti et visitasti infernum
et dedisti eis lumen. ut viderent te qui erant
in penis tenebrarum. V. Clamantes
et dicentes advenisti redemptor noster. Qui
portas ereas confregisti etc. Lectio Nona.
Quare de vulva eduxisti me qui
utinam consumptus essem. ne
oculus meus videret. Fuissem
quasi qui non essem de utero translatus
ad tumulum. Nunquid paucitas dierum

meorum finietur breui. Dimitte ergo me
domine ut plangam paululum dolorem
meum. antequam uadam et non reuertar ad
terram tenebrosam et opertam mortis cali
gine. Terram miserie et tenebrarum. ubi um
bra mortis et nullus ordo. sed sempiternus
orror inhabitat. R. Redemptor meus
uiuit et in nouissimo die resurgam. Et in
carne mea uidebo dominum deum. V.
Lauda anima mea dominum. laudabo
deum meum in uita mea. psallam deo meo
quam diu ero. Et in carne mea uidebo do
minum deum. Requiem eternam dona
eis domine et lux perpetua luceat eis. Ui
debo dominum deum. V.
Libera me domine de morte eter
na. In die illa tremenda. Quan
do celi mouendi sunt et terra.
Dum ueneris iudicare seculum per ignem.
Tremens factus sum ego et timeo. dum
discussio uenerit atque uentura ira. R. In

die illa tremenda. quando celi mouendi sunt
et terra. ℣.
Dies illa dies ire calamitatis et miserie.
dies magna et amara ualde. ℟. Quando
celi mouendi sunt et terra. ℣.
Plangent se super se omnes tribus terre.
ubi iustus saluabitur et ego ubi apparebo.
In die illa tremenda. quando celi mouen
di sunt et terra. ℣.
Quid ergo miserrimus. quid dicam uel
quid faciam. dum nil boni perferam ante
tantum iudicem. ℟. Quando celi mouen
di sunt et terra. ℣.
Nunc xpiste te deprecor miserere peto. qui
uenisti redimere perditos noli dampnare saluatos. ℣.
Libera me domine de morte eterna. in
die illa tremenda. quando celi mouendi
sunt et terra. ℣.
Requiem eternam dona eis domine. et
lux perpetua luceat eis. ℟. Dum ueneris
iudicare seculum per ignem. In laudibus.

ant. Exultabunt dno. psalmus. dd.

MISERERE MEI

deus. secundum magnam misericordiã tuam.

Et secundum multitudinem miseracionũ

tuarum . dele iniquitatem meam . Ampli
us laua me domine ab iniquitate mea . ⁊ a peccato
meo munda me . Quoniam iniquita
tem meam ego cognosco . ⁊ peccatum me
um contra me est semper . Tibi soli
peccaui ⁊ malum coram te feci . ut iustifi
ceris in sermonibus tuis ⁊ uincas cum iudi
caris . Ecce enim in iniquitatibus concep
tus sum . ⁊ in peccatis concepit me mater mea .
Ecce enim ueritatem dilexisti . incerta
⁊ occulta sapientie tue manifestasti michi .
Asperges me domine ysopo ⁊ munda
bor . lauabis me . ⁊ super niuem dealbabor .
Auditui meo dabis gaudium ⁊ leticiam .
⁊ exultabunt ossa humiliata . Auerte
faciem tuam a peccatis meis . ⁊ omnes ini
quitates meas dele . Cor mundum
crea in me deus . ⁊ spiritum rectum innoua in
uisceribus meis . Ne proicias me a fa
cie tua . ⁊ spiritum sanctum tuum ne auferas
a me . Redde michi leticiam salutaris

tu. 7 spiritu principali confirma me. Docebo iniquos uias tuas. 7 impii ad te conuertentur. Libera me de sanguinibus deus deus salutis mee. et exultabit lingua mea iustitiam tuam. Domine labia mea aperies. 7 os meum annuntiabit laudem tuam. Quoniam si uoluisses sacrificium dedissem utique holocaustis non delectaberis. Sacrificium deo sp̄s contribulatus cor contritum 7 humiliatū deus non despicies. Benigne fac domine in bona uoluntate tua syon. ut hedificent̄ muri yherusalem. Tunc acceptabis sacrificiū iustitie. oblationes 7 holocausta. tunc imponent sup altare tuū uitulos.

Requiem eternam dona eis domine.
Et lux perpetua luceat eis. añ. Exultabunt dn̄o ossa humiliata. â. Exaudi domine. psalmus dauid.

Te decet hymnus deus in syon. 7 tibi reddetur uotum in yheru

salem. Exaudi orationem meam. ad te
omnis caro veniet. Verba iniquorum
prevaluerunt sup nos. & impietatibus nostris
tu propitiaberis. Beatus quem elle
gisti & assumpsisti. inhabitabit in atriis tuis.
Replebimur in bonis domus tue. sanctum est
templum tuum mirabile in equitate. Exa
udi nos deus salutaris noster spes omnium fi
nium terre & in mari longe. Preparans mo
tes in virtute tua accinctus est potentia. qui
conturbas profundum maris sonum fluctuum
eius. Turbabuntur gentes & timebunt.
qui habitant terminos a signis tuis. exitus
matutini & vespere delectabis. Visitasti
terram et inebriasti eam. multiplicasti locuple
tare eam. Flumen dei repletum est aquis.
parasti cibum illorum. quoniam ita est pre
paratio eius. Rivos eius inebrians mul
tiplica genimina eius. in stillicidiis eius le
tabitur germinans. Benedices corone
anni benignitatis tue. & campi tui replebun

tur ubertate. Pinguescent speciosa
deserti. ⁊ exultatione colles accingentur.
Induti sunt arietes ouium. ⁊ ualles
habundabunt frumento. clamabunt ⁊
enim hymnum dicẽt. Requiem eter
nam dona eis domine. Et lux perpe
tua luceat eis. añt. Exaudi domine
orationem meam. ad te omnis caro ueni
et. añt. Me suscepit. psalmus.
Deus deus meus. ad te de luce
uigilo. Sitiuit in te anima
mea. quam multipliciter tibi
caro mea. In terra deserta inuia ⁊ inaqu
sa sic in scõ apparui tibi. ut uiderem uirtu
tem tuam et gloriam tuam. Quoni
am melior est misericordia tua sup uitas.
la mea laudabunt te. Sic benedi
cam te in uita mea. ⁊ in nomine tuo leua
bo manus meas. Sicut adipe ⁊ pingue
dine repleatur anima mea. ⁊ labiis exulta
tionis laudabit os meum. Si memor

fui tui sup stratum meum · et in matutinis
meditabor in te · quia fuisti adiutor me-
us · Et in uellamento alarum tuarum
exultabo · adhesit anima mea post te me
suscepit dextera tua · Ipsi uero in uanum
quesierunt animam meam · introibunt
in inferiora terre · tradentur in manus gla
dij partes uulpium erunt · Rex uero
letabitur in deo · laudabuntur omnes q
iurant in eo · quia obstructum est os lo
quentium iniqua · psalmus ·

Deus misereatur nostri et benedi
cat nobis · illuminet uultum
suum super nos · et misereatur
nostri · Ut cognoscamus in terra ui
am tuam · in omnibus gentibus salutare
tuum · Confiteantur tibi populi
deus · confiteantur tibi populi omnes ·
Letentur et exultent gentes quoniam
iudicas populos in equitate · et gentes in
terra dirigis · Confiteantur tibi po

puli deus. confiteantur tibi populi om(ne)s
terra dedit fructum suum. Benedicat
nos deus deus n(oste)r. benedicat nos deus. et
metuant eum omnes fines terre. Re-
quiem eternam dona eis domine. Et
lux perpetua luceat eis. añ. Me susce-
pit dextera tua domine. ant. A por
ta inferi. psalmus.
Ego dixi in dimidio dierum
meorum. uadam ad portas i(n)fer
ri. Quesiui residuũ annorum meo
rum. et dixi. non uidebo dominum deum
in terra uiuentium. Non aspiciã ho
minem ultra. et habitatorem quietis.
Generatio mea ablata est et cum uolu
ta est a me. quasi tabernacula pastorũ.
Precisa est uelud a texente uita mea. d
dum ad huc ordirer succidit me de ma
ne usque ad uesperam finies me. Spera
bam usque ad mane quasi leo. sic cõtriuit
omnia ossa mea. De mane usque ad

vesperam finies me. sicut pullus irundi
nis. sic clamabo meditabor ut columba.
Attenuati sunt oculi mei. suspicientes
in excelso. Domine vim patior: respon
de pro me. quid dicam aut quid responde
bit cum ipse fecerit. Recogitabo tibi
omnes annos meos. in amaritudine anime
mee. Domine si sic vivitur et in talibus
vita spiritus mei corripies me et vivificabis
me. ecce in pace amaritudo mea amarissi
ma. Tu autem eruisti animam ut non
periret. proiecisti post tergum tuum omnia
peccata mea. Quia non infernus con
fitebitur tibi. neque mors laudabit te. non
expectabunt qui descendunt in lacum veri
tatem tuam. Vivens vivens ipse con
fitebitur tibi. sicut et ego hodie pater filiis
notam faciet veritatem tuam. Domine
salvum me fac. et psalmos nostros cantabi
mus cunctis diebus vite nostre in domo domini.
Requiem eternam dona eis domine. Et

lux perpetua luceat eis. añ. A porta in
feri. erue domine animas eorum. antha.
Omnis spiritus. psalmus dauid.
Laudate dominum de celis. lau
date eum in excelsis. Lauda
te eum omnes angeli eius. lau
date eum omnes uirtutes eius. Lau
date eum sol ⁊ luna. laudate eum omes
stelle ⁊ lumen. Laudate eum celi celo
rum. ⁊ aque que sup celos sūt laudēt no
men domini. Quia ipse dixit ⁊ facta sūt.
ipse mandauit ⁊ creata sunt. Statuit e
a in eternum ⁊ in seculum seculi. precep
tum posuit ⁊ non preteribit. Laudate
dominum de terra. dracones et omnes a
byssi. Ignis grando nix glacies sp̄s
procellarum. que faciunt uerbum eius.
Montes ⁊ omnes colles. ligna fructife
ra et omnes cedri. Bestie ⁊ uniuersa
pecora. serpentes ⁊ uolucres pennate.
Reges terre et omnes populi. principes

⁊ omnes iudices terre. Iuuenes ⁊ uir
gines senex cum iunioribꝫ laudent no
men domini. quia exaltatum est nome
eius solius. Confessio eius sup ce
lum et terram. et exaltauit cornu po
puli sui. Hymnus omnibꝫ sc̄is
eius filijs isrl̄ populo appinquanti si
bi. psalmus dauid.
Cantate domino canticum no
uum. laus eius in ecclia sc̄or.
Letetur isrl̄ in eo qui fecit
eum. ⁊ filie syon exultent in rege suo.
Laudent nomen eius in choro. in ty
pano ⁊ psalterio psallant ei. Quia be
neplacitum est domino in populo suo.
⁊ exaltauit mansuetos in salute. Exul
tabunt sancti in gloria. letabuntur in cu
bilibus suis. Exultatiões dei in gut
ture eorum. ⁊ gladij ancipites in mani
bus eorum. Ad faciendã uindictã
in nationibꝫ. increpationes in populis.

Ad alligandos reges eorum in compedib.
7 nobiles eorum in manicis ferreis. Ut
faciant in eis iudicium conscriptu. glo
ria hec est omnibus sc̃is eius. psalmus.
Laudate dominum in sc̃is eius.
laudate eum in firmamento
uirtutis eius. Laudate eu
in uirtutib9 eius. laudate eum secundũ
multitudinem magnitudinis eius. La
udate eum in sono tube. laudate eum i
psalterio 7 cythara. Laudate eum in
tympano 7 choro. laudate eum in cordis
7 organo. Laudate eum in cymba
lis benesonantib9. laudate eum in cy̆ba
lis iubilationis. omnis sp̃s laudet do
minum. Requiem eternam. dona ei
domine. Et lux ꝑpetua luceat eis.
añt. Omnis sp̃s laudet dñm. ℣.
Audiui uocem de celo dicentem michi ℟.
Beati mortui qui mortui qui in domi
no moriuntur. antha. Ego sum.

Benedictus dominus. canticum.
deus israel. quia visitavit et fe
cit redemptionem plebis sue.
Et erexit cornu salutis in nobis. in do
mo david pueri sui. Sicut locutus
est per os sanctorum. qui a seculo sunt pro
phetarum eius. Salutem ex inimicis
nostris. et de manu omnium qui oderunt nos.
Ad faciendam misericordiam cum pa
tribus nostris. et memorari testamenti sui sancti.
Ius iurandum quod iuravit ad abra
am patrem nostrum daturum se nobis. Ut
sine timore de manu inimicorum nostrorum
liberati serviamus illi. In sanctitate
et iusticia coram ipso. omnibus diebus nostris.
Et tu puer propheta altissimi vocabe
ris. preibis enim ante faciem domini pa
rare vias eius. Ad dandam scientiam
salutis plebi eius. in remissionem peccato
rum eorum. Per viscera misericordie
dei nostri. in quibus visitavit nos oriens ex al

tõ Illuminare hijs qui in tenebris 7
umbra mortis sedent. Ad dirigendos pe-
des nr̃os in viam pacis. Requiē eternā
dona eis dnē. Et lux perpetua luce-
at eis. ant. Ego sum resurrectio 7 vita
qui credit in me etiam si mortuus fuerit
vivet 7 omnis qui vivit 7 credit in me
non morietur in eternum. Kyrieley-
son. Xp̃e leyson. Kyrieleyson.
Pater noster. ℣. Et ne nos indu-
cas in temptationem ℟. Sed libera
nos a malo. Amen. psalmus.
De profundis clamaui ad te do-
mine. domine exaudi vocem
meam. Fiant aures tue
intendentes. in vocem deprecationis mee.
Si iniquitates observaveris dnē.
domine quis sustinebit. Quia apud
te propitiatio est. 7 propter legem tuā. su-
stinui te domine. Sustinuit anima
mea in verbo eius. speravit aĩa mea in

domino. A custodia matutina usque
ad noctem. speret israel in domino. Quia
apud dominum misericordia et copiosa
apud eum redemptio. Et ipse redi
met israel. ex omnibus iniquitatibus eius.
Requiem eternam dona eis domine.
Et lux perpetua luceat eis. ℣. A por
ta inferi. ℟. Erue domine animas
eorum. ℣. Requiescant in pace. ℟.
Amen. ℣. Domine exaudi ora
tionem meam. ℟. Et clamor meus
ad te veniat. Oremus. oratio.
Deus qui inter apostolicos sa
cerdotes tuos pontificali fe
cisti dignitate vigere. Presta
quesumus. ut eorum perpetuo aggrege
tur consortio. oratio.
Deus venie largitor et humane
salutis amator. quesumus cle
mentiam tuam. ut nostre congre
gationis. fratres sorores propinquos et

benefactores nr̃os qui ex hoc seculo trã
sierunt beata maria semper uirgine in
tercedente cum omnibꝫ sc̃is. ad perpe
tue beatitudinis consortium peruenire
concedas. oratio.

Fidelium deus omnium con
ditor et redemptor animabus
famulorum famularumq; tuar
remissionem cunctorum tribue peccato
rum. ut indulgentiam quam semꝑ op
tauerunt piis supplicationibꝫ consequan
tur. Qui uiuis et regnas deus per omnia
secula seculorum. ℟. Amen. ℣.
Domine exaudi orationem meam. ℟.
Et clamor meus ad te ueniat. ℣.
Requiescant in pace. ℟. Amen.

Explicit offitium mortuorum.

Frater Amadeus. ff.

abondroyt

Incipiunt septem psalmi penitentiales. antiphona.
Ne reminiscaris domine. psalmus.

Domine ne in

furore tuo arguas me. neque in ira tua cor
ripias me. Miserere mei domine quo

niam infirmus sum. sana me domine.
quoniam conturbata sunt omnia ossa
mea.
Et anima mea turbata est valde. set
tu domine usquequo.
Convertere domine et eripe animam
meam. salvum me fac propter misericor
diam tuam.
Quoniam non est in morte qui me
mor sit tui. in inferno autem quis confi
tebitur tibi.
Laboravi in gemitu meo. lavabo per
singulas noctes lectum meum lacrimis
meis stratum meum rigabo.
Turbatus est a furore oculus meus.
inveteravi inter omnes inimicos meos.
Discedite a me omnes qui operamini
iniquitatem. quoniam exaudivit dns
vocem fletus mei.
Exaudivit dominus deprecationem
meam. et dns orationem meam suscepit.

Erubescant et conturbentur uehementer om
nes inimici mei. conuertantur et erubescant
ualde uelociter.
Gloria patri et filio et spiritui sancto.
Sicut erat in principio et nunc et semper.
et in secula seculorum amen. psalmus
Beati quorum remisse sunt ini
quitates eorum. et quorum tec
ta sunt peccata.
Beatus uir cui non imputabit domi
nus peccatum. nec est in spiritu eius dolus.
Quoniam tacui inueterauerunt ossa
mea dum clamarem tota die.
Quoniam die ac nocte grauata est super
me manus. conuersus sum in erumpna
mea. dum configitur spina.
Delictum meum cognitum tibi feci. et
iusticiam meam non abscondi.
Dixi confitebor aduersus me iniusticiam
meam domino. et tu remisisti impietatem
peccati mei.

Pro hac orabit ad te omnis sanctus i
tempore oportuno.
Veruntamen iusti in diluuio aquarum
multarum. ad eum non aproximabunt.
Tu es refugium a tribulatione que cir
cumdedit me. exultatio mea. erue me a cir
cumdantibus me.
Intellectum tibi dabo et instruam te i
uia hac qua gradieberis firmabo super te ocu
los meos.
Nolite fieri sicut equus et mulus q
bus non est intellectus.
In camo et freno maxillas eorum
constringe. qui non approximant ad te.
Multa flagella peccatoris. sperantes
autem in domino misericordia circumda
bit.
Letamini in domino et exultate iusti.
et gloriamini omnes recti corde.
Gloria patri et filio. et spiritui sancto.
Sicut erat in principio et nunc et semper.

et in secula seculorum amen. psalmus.
Domine ne in furore tuo ar
guas me. neque in ira tua cor
ripias me.
Quoniam sagitte tue infixe sunt mi
chi. et confirmasti super me manum tuam.
Non est sanitas in carne mea a facie ire
tue. et non est pax ossibus meis. a facie pec
catorum meorum.
Quoniam iniquitates mee super egres
se sunt caput meum. et sicut onus gra
ue et grauate sunt super me.
Putruerunt et corrupte sunt cicatrices
mee a facie insipientie mee.
Miser factus sum et curuatus sum us
que in finem. tota die contristatus ingre
diebar.
Quoniam lumbi mei impleti sunt il
lusionibus. et non est sanitas in carne mea.
Afflictus sum et humiliatus sum ni
mis. rugiebam a gemitu cordis mei.

Domine ante te omne desiderium meum. et gemitus meus a te non est absconditus.

Cor meum conturbatum est in me. dereliquit me virtus mea. et lumen oculorum meorum. et ipsum non est mecum.

Amici mei et proximi mei. adversum me appropinquaverunt et steterunt.

Et qui iuxta me erant de longe steterunt. et vim faciebant qui querebant animam meam.

Et qui inquirebant mala michi locuti sunt vanitates. et dolos tota die meditabantur.

Ego autem tamquam surdus non audiebam. et sicut mutus non aperiens os suum.

Et factus sum sicut homo non audiens. et non habens in ore suo redargutiones.

Quoniam in te domine speravi. tu

exaudies domine deus meus.
Quia dixi nequando supergaudeant mi
chi inimici mei. dum commouentur pedes
mei. super me magna locuti sunt.
Quoniam ego in flagella paratus
sum. et dolor meus in conspectu meo se
per.
Quoniam iniquitatem meam annu
tiabo. et cogitabo pro peccato meo.
Inimici autem mei uiuunt et confir
mati sunt super me. et multiplicati sunt q
oderunt me inique.
Qui retribuunt mala pro bonis de
trahebant michi. quoniam sequebar
bonitatem.
Ne derelinquas me domine deus
meus. ne discesseris a me.
Intende in adiutorium meum. do
mine deus salutis mee.
Gloria patri et filio. et spiritui sancto.
Sicut erat in principio. etc. psalmus.

Miserere mei deus. secundum ma
gnam misericordiam tuam.
Et secundum multitudinem
miserationum tuarum. dele iniquita
tem meam.
Amplius lava me domine ab iniqui
tate mea. et a peccato meo munda me.
Quoniam iniquitatem meam ego cognosco. et pec
catum meum contra me est semper.
Tibi soli peccavi et malum coram te
feci. ut iustificeris in sermonibus tuis. et
vincas cum iudicaris.
Ecce enim iniquitatibus conceptus sum.
et in peccatis concepit me mater mea.
Ecce enim veritatem dilexisti. incer
ta et occulta sapientie tue manifestasti
michi.
Asperges me domine ysopo et munda
bor. lavabis me et super nivem dealbabor.
Auditui meo dabis gaudium et leticiam.
et exultabunt ossa humiliata.

Auerte faciem tuam a peccatis meis. et omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me deus. et spiritum rectum innoua in uisceribus meis.

Ne proiicias me a facie tua. et spiritum sanctum tuum ne auferas a me.

Redde michi leticiam salutaris tui. et spiritu principali confirma me.

Docebo iniquos uias tuas et impii ad te conuertentur.

Libera me de sanguinibus deus deus salutis mee. et exultabit lingua mea iustitiam tuam.

Domine labia mea aperies. et os meum annunciabit laudem tuam.

Quoniam si uoluisses sacrificium dedissem utique holocaustis non delectaberis.

Sacrificium deo spiritus contribulatus cor contritum et humiliatum deus non despicies.

Benigne fac domine in bona uolunta

te tua syon . ut edificentur muri ierusalem.
Tunc acceptabis sacrificium iusticie:
oblationes et holocausta tunc imponent
super altare tuum uitulos.
Gloria patri et filio et spiritui sancto.
Sicut erat in principio et cetera. psalmus.
Domine exaudi orationem me-
am. et clamor meus ad te ueniat.
Non auertas faciem tuam
a me. in quacumque die tribulor: inclina ad
me aurem tuam.
In quacumque die inuocauero te: uelociter
ter exaudi me.
Quia defecerunt sicut fumus dies mei.
et ossa mea sicut cremium aruerunt.
Percussus sum ut fenum et aruit cor
meum. quia oblitus sum comedere panem
meum.
A uoce gemitus mei adhesit os meum
carni mee.
Similis factus sum pellicano solitu

dinis. factus sum sicut nicticorax in domi
cilio.
Vigilavi et factus sum. sicut passer so
litarius in tecto.
Tota die exprobrabant michi inimi
ci mei. et qui laudabant adversum me iu
rabant.
Quia cinerem tamquam panem manducabam.
et poculum meum cum fletu miscebam.
A facie ire indignationis tue. quia ele
vans allisisti me.
Dies mei sicut umbra declinaverunt.
et ego sicut fenum arui.
Tu autem domine in eternum permanes.
et memoriale tuum in generatione et ge
nerationem.
Tu exurgens misereberis syon. quia
tempus miserendi eius quia venit tem
pus.
Quoniam placuerunt servis tuis la
pides eius. et terre eius miserebuntur.

Et timebunt gentes nomen tuum do
mine. ⁊ omnes reges terre gloriam tuã.
Quia hedificavit dominus syon. ⁊ vi
debitur in gloria sua.
Respexit in oratione humilium ⁊ nõ
sprevit preces eorum.
Scribantur hec in generatione altera.
⁊ populus qui creabitur laudabit dñm.
Quia prospexit de excelso sancto suo.
dominus de celo in terram aspexit.
Ut audiret gemitus compeditorum. ut
solveret filios interemptorum.
Ut annũtient in syon nomen domini.
⁊ laudem eius in ierusalem.
In conveniendo populos in unum. et
reges ut serviant domino.
Respondit ei in via virtutis sue. pauci
tatem dierum meorum nuntia michi.
Ne revoces me in dimidio dierũ meorũ.
in generatione et generationem anni tui.
Initio tu domine terram fundasti. ⁊

opera manuum tuarum sunt celi.
Ipsi peribunt tu autem permanes. et om
nes sicut vestimentum veterascent.
Et sicut opertorium mutabis eos et mu
tabuntur. tu autem idem ipse es. et anni tui
non deficient.
Filii servorum tuorum habitabunt et
semen eorum in seculum dirigetur.
Gloria patri et filio et spiritui sancto.
Sicut erat in principio et c. psalmus.

De profundis clamavi ad te domine.
domine exaudi vocem meam.
Fiant aures tue intendentes
in vocem deprecationis mee.
Si iniquitates observaveris domine do
mine quis sustinebit.
Quia apud te propitiatio est. et propter le
gem tuam sustinui te domine.
Sustinuit anima mea in verbo eius. spe
ravit anima mea in domino.
A custodia matutina usque ad noctem spe

ret israel in domino.
Quia apud dominum misericordia & co
piosa apud eum redemptio.
Et ipse redimet israel ex omnibus ini
quitatibus eius.
Gloria patri & filio & spiritui sancto.
Sicut erat in principio & nunc & semper.
& in secula seculorum amen. psalmus.

Domine exaudi orationem meam
auribus percipe obsecrationem
meam in veritate tua exaudi
me in tua iusticia.
Et non intres in iudicium cum servo
tuo domine. quia non iustificabitur in con
spectu tuo omnis vivens.
Quia persecutus est inimicus animam
meam. humiliavit in terra vitam meam.
Collocavit me in obscuris sicut mor
tuos seculi. et anxiatus est super me spiritus meus
in me turbatum est cor meum.
Memor fui dierum antiquorum. medita

tuis sum in omnibus operibus tuis et in factis ma
nuum tuarum meditabor.
Expandi manus meas ad te. anima mea
sicut terra sine aqua tibi.
Velociter exaudi me domine. defecit spiritus
meus.
Non avertas faciem tuam a me. et simi
lis ero descendentibus in lacum.
Auditam fac michi mane misericordi
am tuam. quia in te speravi.
Notam fac michi viam in qua ambulem.
quia ad te levavi animam meam.
Eripe me de inimicis meis domine. ad
te confugi doce me facere voluntatem tuam
quia deus meus es tu.
Spiritus tuus bonus deducet me in terram
rectam, propter nomen tuum domine. vivi
ficabis me in equitate tua.
Educes de tribulatione animam me
am. et in misericordia disperdes inimicos
meos.

Et perdes omnes qui tribulant animã
meam quoniam ego servus tuus sum.
Gloria patri et filio et spiritui sancto.
Sicut erat in principio et nunc et semp.
et in secula seculorum amen. antiphona.
Ne reminiscaris domine delicta mea vel
parentum meorum neque vindictam su
mas de peccatis nostris.

Expliciunt septem psalmi penitentiales.

Incipiunt letanie sanctorum.

Incipiunt letanie sanctorum.

KYRIELEISON

Xpe leyson. Kyrie leyson.

Xpe audi nos. Xpe exaudi nos.

Pater de celis deus miserere nobis.

Filij redemptor mundi deus miserere nobis.
Spiritus sancte deus miserere nobis.
Sancta trinitas unus deus miserere nobis.
Sancta maria ora pro nobis.
Sancta dei genitrix ora pro nobis.
Sancta virgo virginum. Ora.
Sancte Michael. Ora.
Sancte Gabriel. Ora.
Sancte Raphael. Ora.
Omnes sancti angeli et archangeli orate pro nobis.
Omnes sancti beatorum spirituum ordines orate pro nobis.
Sancte Johannes baptista. Ora.
Omnes sancti patriarche et prophete orate pro nobis.
Sancte Petre. Ora.
Sancte Paule. Ora.
Sancte Andrea. Ora.

Sce Jacobe. or.
Sce philippe. or.
Sce Bartholomee. or.
Sce Thoma. or.
Sce Mathee. or.
Sce Jacobe. or.
Sce Symon. or.
Sce Thadee. or.
Sce Mathia. or.
Sce Barnaba. or.
Sce Marche. or.
Sce lucha. or.
Omnes sci apostoli et euangeliste ora te pro nobis.
Omnes sancti discipuli domini ora te pro nobis.
Sce Stephane. or.
Sce Clemens. or.
Sce laurenti. or.
Sce Uincenti. or.
Sce Blasi. or.

Scē Xpofore. or.
Scē Fabiane. or.
Scē Sebastiane. or.
Scē Cosme. or.
Scē Damiane. or.
Scē Georgii. or.
Scē Siste. or.
Scē Prouasi. or.
Scē Protasi. or.
Scē Line. or.
Scē Clete. or.
Scē Celse. or.
Scē Nabor. or.
Scē Felix. or.
Scē Faustine. or.
Scē Jouite. or.
Scē Prime. or.
Scē Feliciane. or.
Scē Alexander. or.
Scē Guniforte. or.
Scē Juliane. or.

Scē Marcelline. or̄.
Scē Vite. or̄.
Scē Modeste. or̄.
Scē Vitalis. or̄.
Scē Domnine. or̄.
Scē Urbane. or̄.
Scē Tiburtij. or̄.
Scē Valentine. or̄.
Scē Romane. or̄.
Scē Cornelij. or̄.
Scē Cipriane. or̄.
Scē Dalmatij. or̄.
Scē Fortunate. or̄.
Scē Donate. or̄.
Omnes sancti martires orate pro nobis
Scē Silvester. or̄.
Scē Gregorij. or̄.
Scē Yeronime. or̄.
Scē Ambrosij. or̄.
Scē Augustine. or̄.
Scē Martine. or̄.

Scē Nicholae. or.
Scē Syre. or.
Scē Dyonisii. or.
Scē simpliciane. or.
Omnes sci episcopi et doctores. orate p
nobis. or.
Sancte Benedicte. or.
Scē Antoni. or.
Scē Galle. or.
Scē Mauri. or.
Scē Bernarde. or.
Scē leonarde. or.
Scē Dominice. or.
Scē Francisce. or.
Scē lodowice. or.
Scē Brandane. or.
Scē Honofri. or.
Omnes sancti monachi et heremite
orate pro nobis.
Omnes sci confessores. orate pro nob.
Scā maria magdalena. or.

Scā Maria. or.
Scā Agnes. or.
Scā Katherina. or.
Scā Margarita. or.
Scā Agatha. or.
Scā Lucia. or.
Scā Cecilia. or.
Scā Anna. or.
Scā Helysabeth. or.
Scā Veronica. or.
Scā Felicitas. or.
Scā Perpetua. or.
Scā Apollonia. or.
Scā Tegla. or.
Scā Brigida. or.
Scā Juliana. or.
Scā Scolastica. or.
Scā Anastasia. or.
Scā Justina. or.
Scā Mustiola. or.
Scā Cristina. or.

Sca Ursula. ora.
Sca helena. ora.
Omnes sce uirgines et uidue. orate pro
nobis.
Omnes sce continentes et coniugate.
orate pro nobis.
Omnes sancti et sancte dei orate p
nobis.
Propitius esto parce nobis domine.
Propitius esto exaudi nos domine.
Propitius esto libera nos domine.
Ab omni malo libera nos domine.
Ab ira odio et mala uoluntate libera
nos domine.
Ab omni peccato. l.
A subitanea et improuisa morte. l.
Ab insidijs diaboli. l.
A spiritu fornicationis. l.
A fulgore et tempestate. l.
A morte perpetua. l.
Per misterium sce incarnationis

tue. l.
Per adventum tuum. l.
Per nativitatem tuam. l.
Per circumcisionem tuam. l.
Per baptismum tuum. l.
Per sanctum ieiuniū tuum. l.
Per scām crucem et passionem tuā. l.
Per mortem et sepulturam tuam. l.
Per sanctam resurrectionem tuam. l.
Per sanctam ascensionem tuam. l.
Per adventum spūs scī paracliti. l.
In die iudicij. l.
Peccatores te rogamus audi nos.
Ut nobis parcas. te.
Ut nobis indulgeas. te.
Ut ad veram penitentiam nos perdu
cere digneris. te.
Ut domnum apostolicum et omnes
ecclesiasticos ordines in sancta religio
ne conservare digneris. te.
Ut inimicos scē ecclesie humiliare

digneris. R.

Ut regibus et principibus christianis pacem et veram concordiam donare digneris. R.

Ut domnum nostrum dominum comitem sanitatem et pacem eum regere digneris te rogamus audi nos.

Ut cuncto populo sibi commisso pacem et unitatem donare digneris. R.

Ut nos metipsos in tuo sancto servitio confortare et conservare digneris. R.

Ut mentes nostras ad celestia desideria erigas. R.

Ut omnibus fidelibus christianis pacem et unitatem largiri digneris. R.

Ut omnibus benefactoribus nostris sempiterna bona retribuas. R.

Ut animas nostras fratrum propinquorum et benefactorum nostrorum ab eterna dampnatione eripias. R.

Ut fructus terre dare et conservare

Ut omnibus fidelibus defunctis requiem eternam donare digneris. te.
Ut nos exaudire digneris. te.
Fili dei te rogamus audi nos.
Agnus dei qui tollis peccata mundi parce nobis domine.
Agnus dei qui tollis peccata mundi exaudi nos domine.
Agnus dei qui tollis peccata mundi miserere nobis.
Xpe audi nos.
Xpe exaudi nos.
Kyrieleyson.
Xpe leyson.
Kyrieleyson.
Pater noster.
Et ne nos inducas in temptationem.
Sed libera nos a malo.

Amen.

Eus in ad
iutorium i
meum intē
te. Domi
ne ad adiuua
dum me festina. Confundantur et
reuereantur . qui querunt animam .
Auertantur retrorsum et erubescant q
uolunt michi mala.
Auertantur statim et erubescentes q
dicunt michi euge euge.
Exultent et letentur in te omnes qque-
runt te: et dicant semper magnificetur do-
minus qui dilligunt salutare tuum.
Ego uero egenus et pauper sum deus
adiuua me.

Adiutor ⁊ liberator meus esto domine
ne moreris.
Gloria patri et filio ⁊ spiritui sancto.
Sicut erat in principio ⁊ nunc ⁊ semper
⁊ in secula seculorum amen. ℟.
Saluos fac seruos tuos et ancillas tuas.
℟. Deus meus sperantes in te. ℣.
Esto nobis domine turris fortitudinis.
℟. A facie inimici. ℟.
Nichil proficiet inimicus in eo. ℟.
Et filius iniquitatis non apponet no
cere ei. ℟.
Domine non secundum peccata nostra
facias nobis. ℟.
Neqȝ secundum iniquitates nostras re
tribuas nobis. ℟.
Oremus pro benefactoribus n̄ris. ℟.
Retribuere dignare domine deus om
nibus nobis bona facientibꝰ uitam eter
nam amen. ℟.
Oremus pro fidelibus defunctis.

Requiem eternam dona eis domine. ℣.
Requiescant in pace. ℟. Amen. ℣.
Oremus pro fratribus nris absentibus ℟.
Saluos fac seruos tuos deus meus spe-
rantes in te. ℣.
